sub adventum suum ingentem licentiam, lasciviam, superfti-
A tionem, & luxum offendit: extemplò fatiloquos, ariolos, &
lenones exegit, instrumentum omne edixit, ut dimitterent,
præterquam ollam, verù, & poculum figlinum. Ex argenteis
calicem permisit, quibus biberet non amplius dupondio, bal-
neis interdixit. Qui ungi vellet, ut se quisque ipse fricaret. Ne-
que jumenta manibus carentia habere opus alio, qui ipsa fri-
cet. Prandium præscripsit, ut pedibus insistentes caperent in-
coctum: cœnarent accumbentes panem, vel pultem simpli-
cem, & carnes assas, vel elixas. Ipse sago amictus pullo, in pu-
blico versabatur, lugere ferens se exercitus infamiam. *Plu-
tarch. in Apoph. & Polyæn. lib.8.*

M. Cato minor Trib. mil. creatus, in Macedoniam missus
est ad Rubrium prætorem. Comitabantur eum servi quinde-
cim, duo liberti, & quatuor amici, quibus equo vectis ipse
pedibus incedens, applicabat se vicissim cuique, colloqueba-
turque. Ut in castra venit, ex pluribus legionibus uni à præ-
tore præfectus suam unius virtutem exiguum opus, nec re-
gium ducebat explicare, sed milites sui reddere similes maxi-
mè enitens: non formidinem detraxit imperio, sed adjecit ad-
monitionem per rationem: qua singula probans iis, docensque
adjuncto honore, & pœna, difficile erat dicere quietiores, an
B bellicosiores, an alacriores, an justiores milites reddiderit.
Adeò præbuerunt se hostibus formidabiles, mansuetos sociis,
timidos ad malum, & acres ad laudem. Unde quod minimè
Cato morabatur, id est, in primis affectus, gloriam, & bene-
volentiam, & eximium honorem, & studium militum. Nam
quæ aliis imperabat, ea quia ultrò præstabat ipse: vestitu au-
tem, & victu, itinerisque labore comparabat se illis magis,
quàm ducibus: gravitate verò, prudentia, facundia, omnibus
antecellebat, qui nomen obtinebant Imperatorum, & Du-
cum: simul his artibus devinxit civiam clàm sibi animos eorum. Quip-
pe germanus virtutis amor non influit, nisi per summum im-
primentis eum studium, & reverentiam. Sine amore, qui cele-
brant bonos, eorum gloriam reverentur, non suspiciunt, ne-
que imitantur virtutem. Expleta militia, non votis eum, quod
translatitium erat, neque præconiis: sed lachrymis, comple-
xibusque prosecuti sunt, substernentes in via, qua pergebat,
vestes, manusque ejus deosculantes: quæ vix paucis Imperato-
toribus præstabant illius temporis Romani milites. *Plut. in
ejus vita.*

Q. Sertorium Hispani ob bellicas virtutes habebant in ad-
miratione, & amore prosequebantur: præterea quòd Roma-
C nis armis, ordinibus, signis, detrahens ipsis speciem virium
insanam, & belluinam, pro magna latronum manu in formam
exercitus redegisset copias suas. Argento affatim præbito, &
auro galeas eorum exornavit, & scuta variis distinxit orna-
mentis, chlamydesque pictas, & tunicas usurpare eos docens,
atque in id suppeditans, & serviens illorum gloriæ, influebat
in eorum animos. Præcipuè cepit eos puerorum disciplina.
Nam ex parentibus sibi gentilibus nobilissimos Oscam am-
plam urbem contraxit, iisque doctores præfecit litterarum
Græcarum, & Latinarum, Ita illos reverà obsides habebat,
verbo eruditebat: ostendens, ubi crevissent, civitate Romana
eos donaturum se, atque ad honores provecturum. Quorum
genitores delectabantur, quòd filios conspicerent prætexta-
tos, decorè ad ludum literarium commeantes, pendentem
pro his salarium Sertorium, crebrò fumentem specimen, præ-
miaque meritis tribuentem, & aureas bullas donantem. *Plut.
in Sertorio.*

C. Julius Cæsar, militem, neque à moribus, neque à for-
tuna probabat, sed tantùm à viribus: tractabatque pari se-
D veritate, atque indulgentia. Non enim ubique, ac semper,
sed cum hostis in proximo esset, coercebat: tum maximè
exactor gravissimus disciplinæ, ut neque itineris, neque prælii
tempus denunciaret: sed paratum, & intentum momentis
omnibus, quò vellet, subitò educeret. Quod etiam fine
causa plerumque faciebat, præcipuè pluviis, & festis diebus.
Ac subinde observandum se admonens, repentè interdiù,
vel nocte subtrahebat: augebatque iter, ut seriùs subsequen-
tes defatigaret. Fama hostilium copiarum perterritos non
negando, minuendove, sed insuper amplificando, ementien-
doque confirmabat. Itaque cum expectatio adventus Jubæ
terribilis esset, convocatis ad concionem militibus: Scitote
(inquit) paucissimis his diebus Regem affuturum cum x. le-
gionibus, equitum xxx. levis armaturæ c. millibus, ele-
phantis ccc. Proinde desinant quærere ultrà, aut opinari, mi-
hique (qui compertum habeo) credant: aut quidem vetustis-
sima nave impositos, quocunque vento, in quasecunque ter-
ras jubebo avehi. *Sueton.*

Augustus Cæsar, in re militari & communicavit multa, &
instituit: atque etiam ad antiquum morem nonnulla revoca-
E vit: disciplinam severissimè rexit: ne legatorum quidem cui-
quam, nisi gravatè, hybernisque demùm mensibus, permisit
uxorem invisere. Equitem Rom. quòd duobus filiis ado-
lescentibus causa detrectandi sacramenti, pollices amputasset,
ipsum, bonaque subjecit hastæ: quem tamen, quòd imminere
emptioni publicanos videbat, liberto suo addixit, ut relega-
tum in agros pro libero esse fineret. Decimam legionem con-
tumacius parentem cum ignominia totam dimisit: item aliàs
immodestè missionem postulantes, citrà commoda emerito-
rum præmiorum exauctoravit: cohortes, si quæ cessissent lo-
co, decimatas hordeo pavit: Centuriones statione deserta iti-
dem, ut manipulares milites, capitali animadversione puniit:
pro cætero delictorum genere variis ignominiis affecit, ut
stare per totum diem juberet ante Prætorium: interdum tu-
nicatos, discinctosque, nonnunquam cum decempedis, vel
etiam cespitem portantes. *Idem.*

Tiberius Cæsar in Germania militarem disciplinam acerri-
mè exegit, animadversionum, & ignominiarum generibus
ex antiquitate repetitis: atque etiam legato legionis, quòd F
paucos milites cum liberto suo trans ripam venatum misisset,
ignomina notato. *Idem.*

Galba, postridie quam ad legiones venit, solenni sortè spe-
ctaculo plaudentes inhibuit, data tessera, ut manus penulis
continerent. Itaque statim per castra jactatum est, Disce, miles,
militare: Galba est, non Getulicus. Pari severitate interdixit
commeatus peti. Veteranum, ac tyronem militem opere assi-
duo corroboravit: maturèque barbaris, qui jam in Galliam
usque proruperant, coercitis, præsenti quoque Cajo Cæsari
talem & se, & exercitum approbavit, ut inter innumeras con-
tractasque ex omnibus provinciis copias, neque testimonium,
neque præmia ampliora ulli perciperent: ipse maximè insignis,
quòd campestrem decursionem scuto moderatus, etiam adesse
dum Imperatoris, per viginti passuum millia cucurrerit. Po-
steàquam Imp. salutatus in urbem venit, ad officium remi-
gandi eos redire coegit, quos Nero olim ex remigibus legiti-
mos milites classiarios fecerat. Germanorum cohortem, à
Cæsaribus olim ad custodiam corporis institutam, multisque
experimentis fidelissimam, dissolvit, ac fine ullo commodo
remisit in patriam. Plutarchus tradit, remiges illos clamantes
in itinere obtrivisse, ac per multam cædem, totque cadavera,
in urbem, haud fausto auspicio, ingressum: horribilemque
omnibus, ac formidabilem factum, quanquam senem, infir- G
mumque, erat enim annos natus tres, & septuaginta. *Cusp.
A.D. ex Suetonio.*

Cornel. Tacit. prodit, Vespasianum consuevisse anteire ag-
men, locum capere, cibo fortuito, veste, habituque vix à gre-
gario milite discrepante, legiones habuisse exercitas bello,
noctu stetisse in excubiis, milites stratagematibus, dolisque
bellicis instruxisse.

Adrianus Imp. militari disciplina post Octavium Cæsarem
valde corrupta, in Germaniam proficiscens, esti in pacato
erat, tamen haud secus, quàm si propinquus esset hostis, mi-
lites exercuit, adeò ut equites ejus armati Danubium transna-
taverint. Tabernacula frondibus facta, aut in subterraneis lo-
cis ad minuendam caloris vim inventa, subvertit: atque ut
ex ipsius patientia ferendi laboris exemplum alii haberent, in-
terdum pedibus viginti passuum millia peragebat. In propa-
tulo vescebatur, lardo, caseoque tantùm instructa mensa: nec
alio vino, quàm posca sive lora, utebatur, quemadmodum
anteà Scipiones, Marcellique factitarant: ut aliorum severus H
esse reprehensor posset, exemploque suo ferendi laboris excu-
sationem adimeret. In cæteris quoque expeditionibus non mo-
dò ea, quæ ad universum exercitum pertinent, ut sunt arma,
machinæ, fossæ, aggeres, sed etiam qualis sit cujusque & mili-
tum, & ducum ipsorum vita, statio, & mores, diligenter ani-
madvertit: mores indulgentia depravatos correxit, ad omne
genus pugnæ milites exercuit, atque omnem militarem disci-
plinam eos docuit. *Sab. lib.4. En. 7. & Aventin. A. D. lib.2.
ex Dion.*

Antoninus Caracalla, qui Severo patri in imperio success-
sit, præter quàm quòd sæpe se cum militibus exercebat,
pedibus iter armatus faciebat, ac per magnum spatium mili-
taria signa ipse ferebat: ne tum quidem, cùm lassus in ten-
toria se receperat, delicatiore cibo reficiebatur, sed cum
aliis militibus eo pane vescebatur, quod ipse sibi pinserat,
& in ardenti cinere decoxerat. Scyphum quoque ligneum
habebat.

Pescennius Niger, qui sua virtute ad imperium conscen-
dit,

dit, nunquam allo, quàm militari cibo usus, militibus,
A cùm vinum poscerent, respondit, debere eis fluvialem
aquam sufficere. Nisi reliquus exercitus sub tecto mansisset,
tentorium, aut frondea tabernacula non subibat: sed sub
dio manens, suo exemplo docebat alios vitæ militaris auste-
ritatem.

Ulpius Marcellus, Commodi Romanor. Imp. contra Bri-
tannos Dux, ut milites in disciplina optima contineret, vive-
bat aliorum militum more. *Dion. Nicæus.*

Alexander Severus Imp. vix annos viginti natus, in summa
rerum affluentia, egregium militaris disciplinæ exemplum se-
ipsum præstitit. Non alio quàm militari cibo utebatur: aper-
toque tentorio, ut omnes conspicerent, vescebatur. Si quis,
dum agmen incederet, in privatorum possessiones se immisis-
set, plagis mulctabat: vociferando, An ita calcari agrum tuum
velles? Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. Stipendia mi-
liti largè persolvebat: neque ferebat, ut vel legati, vel aliorum
ordinum ductores stipendia decimarent. Militem enim bene
vestitum, caligatumque, ac saturum esse oportere ajebat: si
quid præterea nummorum in baltheo secum gestaret, semper
B dicto audientem fore, quia inopiæ plerumque desperatio con-
juncta esset. Hæc cùm ipse præstaret, à militibus contrà seve-
rè exigebat, ut diligenter militarem disciplinam servarent.
Antiochiæ equites nonnullos, balneis, conviviisque deditos,
comprehendi, atque in custodia haberi jussit. Qua re motus
exercitus cum tumultuaretur, ipse in tribunal conscendit, ac
perpetrati erroris graviter milites increpuit. Cæterùm cùm
ipsi penè minabundi fremerent, solus, incrmisque torvo vultu,
graviterque sonante voce omnem exercitum exauctoravit,
jussitque, ut statim arma dederent. Mira res profectò, sed
tamen vera fuit, unam principis vocem tam multos, iratosque
exarmasse milites. Nam ad primum ejus verbum eodem om-
nes momento arma in terram abjecerunt, quæ unà cum signis
per populum Antiochenum ad palatium Alexander ferri jus-
sit. Nec verò multò pòst, cùm eos in pristinum militiæ
honorem recepisset, adeò obsequentes habuit in Parthica
expeditione, ut non milites, sed senatores ire dicerentur.
Lampridius.

Ætius ex Mœsia provincia, inter Romanas legiones ascis-
tus patricius Roman. ab Honorio Imper. factus disciplis-
C nam militarem penè collapsam omnem restituit. Vandalos,
Alanoque in Romani Imperii fines irrumpentem, coercuit.
In Hispania præclaras res gessit. Atilam cum quingentis
armatorum millibus in Gallias irrumpentem, in Cata-
lanicis campis memorabili prælio vicit. *Egnat. lib. 2.
cap. 2.*

Theodosius Magn. Imp. disciplinæ militaris exemplum,
modico, & castrensi cibo contentus ab omni alienus luxu vi-
xit. *Alex. ab Alex. lib.5. cap.21.*

Hermion V. Rex Germaniæ magnæ, qui vixit post dilu-
vium anno 411. disciplinam militarem apud Germanos pri-
mus instituisse, legesque militandi sanxisse legitur: sic ut
quotannis aliquot millia armatorum bellandi causa à finibus
educerentur: qui domi remanerent, se, atque illos alerent. Hi
rursus invicem anno post in armis essent, illi domi remane-
rent. Sic neque agricultura, neque usus belli intermitteba-
tur. *Aventin. A. D. lib.1. Annal. Bojorum.*

Totilas Gothorum Rex, uti erga hostes clementissimus
erat, ita à suis disciplinam militarem severissimè exigebat.
Rapere aliena, aut vim inferre, capitale erat, sequebaturque
D supplicium bonorum publicatio: quæ quidem bona violen-
tiam passo tradebantur. Itaque & castra, & ingressus Gotho-
rum per amicas civitates, & gentes, omni scelere carebant.
Joan. Magn. lib.13. ex Procopio.

Carolus Magnus militarem disciplinam severè exercuit:
militibus, qui gnaviter fecerant, præmia constituit, negli-
gentes ignominia notavit: ubique virtutis spectator extitit.
Aventin. A. D. lib.4.

Henricus I. Imp. disciplinam militarem denuò revocavit:
Iatrones expulit: ex agrariis militibus nonum quemque ur-
bibus imposuit, ut cæteris octo cum familiaribus suis habi-
tacula construeret, frugumque omnium tertiam partem cu-
stodiret, cæteris octo seminantibus, ac fruges colligentibus.
Concilia, & conventus in urbibus instituit, ut tempore pacis
discerent, quid in bello esset agendum. Ruri autem rara do-
micilia ædificari jussit. *Cusp. A. D.*

Albericus Balbianus, seu Barbianus, Cunii Comes, circa
annum Christi 1376. indignitate permotus, quòd externæ
gentes mercenariis armis Italiam quaterent, invitæque passim
immani rabie baccharentur: Italorum animos, qui tum per
socordiam, amissamque libertatem vetere belli gloria decidis-
sent, in spem recuperandi nominis erexit, disciplinam mili- E
tarem revocavit, equitem cataphractum instituit. Fuere sub
ejus imperio ingentes alæ cataphractorum equitum, qui auspi-
ciis D. Georgii militantes, sacramento adacti, nunquam se
terga daturos externo hosti, conjurarant. Ab his demùm non
uno in loco Britones profligati, casi Galli, pulsi, devictique
Germani, Hispani fusi, Allobroges, Anglique deleti, apud Ita-
los non omnino extinctum antiquæ virtutis decus justa con-
fessione docuerunt. Hinc Sfortianus, Braccianusque miles,
hinc tot clarissimi Imperatores, Franciscus Sfortia, Nicolaus
Piccinius, & innumeri alii per ea tempora, postremo verò
Bartholomæus Coleo, Fridericus Urbinas Dux, Robertus
Santo-severinas, ætate verò nostra Nicolaus Petilianus, flo-
ruerunt. *Egnatius lib.2. c.2. ex Platinæ Bonifacio IX. & Ful-
gosius lib.2. c.2. & Jovius in vita Magni Sfortiæ.*

Ferdinandus, & Isabella Hispaniæ Reges (ab his enim His-
pania communibus auspiciis regebatur) fama prudentiæ ad-
modùm celebres, & clari fuerunt; quòd ex maximis motibus
sua regna in summam tranquillitatem, atque obedientiam re-
duxissent: quòdque bello decem annos continuato, Granatæ F
regnum à Mauris annos circiter octingentos possessum ad
Christianam religionem compulissent. *Lud. Guicciard. l.1.*

Milites.

Phocion Atheniensis adolescens sub Duce meruit Cha-
bria, eumque est affectatus, à quo fuit in scientia militari in-
stitutus egregiè. Nonnihil vicissim illius ingenium correxit
varium, & impotens. Nam cùm segnis aliàs Chabrias, & tar-
dus esset, ipsis in certaminibus glisceba t, & exardescebat ani-
mo, atque cum ferocissimis proruebat præcipitantius: quo-
modo sanè in Chio quoque vitam projecit, cùm triremi sua
ante cæteros provectus descensionem urgeret. At Phocion
juxtà cautum, & impigrum præbens se, quà cunctationem
excitabat Chabriæ, quà contra calorem impetus intempesti-
vum detrahebat. Unde candidus probus Chabrias dilexit
eum, ad negotiaque, & imperia provexit, ejusque arduis in
rebus usus est opera, atque ex pugna navali apud Na-
xum insigne nomen, & gloriam Phocioni conciliavit. *Plut.
in Phocione.*

Præceptores.

Apud Persas rei militaris Magistri grandioris ætatis erant, G
nec infra annum L. Sub his instructa acie, parcè primùm,
& modicè, mox exactissima cura militiam edisceebant. In-
ventus à vigesimo ad quinquagesimum annum militare do-
cebatur, ulteriùs arma tractare vetabatur. *Alex. ab Alex.
lib. 1. cap. 20.*

Tyronibus Roman. ad militiam admissis, primo anno Cu-
stos, sub quo disciplinam edisserent, & magister, sub cujus
imperio tyrunculi acuerentur, publicè dabatur, ne expertes
operum militarium, arma tractarent. C. Julius equites Ro-
manos, aut senatores armorum peritos, sub quibus militiæ
nescii erudirentur, magistros dedit: quorum præceptis imbu-
ti, perstando, & pervigilando, militare rudimentum depone-
rent, legesque pugnandi, & prælii normam, ac dictata inter-
nosscerent, primusque Pub. Rutilius Consul, collega Cn. Man-
lii, è ludo Cornelii Scauri Doctoribus accersitis, plagas vitan-
di, & inferendi militibus præcepta dedit. Inde ne temerè, &
sine arte pugnarent, utque tyrones sub disciplina essent, &
militaribus imbuerentur præceptis, Tribunis datum nego-
tium fuit. Quos optimis disciplinis institutos, tandem mili-
tiæ adscribebant. *Idem.* H

Alfonsus Neapolitanus Rex, bello à Galliæ Rege Carolo
IIX. petitus, Ferdinandum filium, in quo mirifica indoles mi-
litaris virtutis eminebat, terrestribus copiis præfecit. Cæte-
rùm Nic. Petilianus, Alfonsus Davalus Piscariæ Marchio, &
Joan. Jacobus Trivultius, qui tum peregregii Duces erant, &
posteà omnibus bellis cum summa Imperatoriæ virtutis laude
claruerunt, Ferdinando attributi sunt, ut alacriores in juvene
spiritus maturo consilio temperarent. *Jovius lib. 10. Hist.*

Consalvus Agridarius ab Inico Mendocio Tendiliæ Comi-
te, viro gravissimo, Duce omnibus cum civilis tum bellicæ
laudis numeris absoluto, non minùs, quàm ab ipso anteà Al-
fonso Cadene primo, fortissimoque magistro, exactæ militiæ
documenta, præceptaque, quibus posteà suo cognomine Ma-
gnus evasit, accepisse fatebatur, usque adeò grate, studiosèque,
ut eum non secus, ac parentem, singulari cum veneratione
percoleret. *Jovius in Consalvo.*

Poetæ.

Tyrtæus Poeta Atheniensis, per contemptum Lacedæmo-
niis Ducem petentibus ex oraculo, cùm claudus, & luscus esset,

missus, suis versibus Spartanos belli Messenici diuturnitate
A jam propè attritos reaccendit: ut tandem Messenam expugnarint. Quapropter & civitate donatus est, & in tanta porrò fuit existimatione, ut cum hoste congressuri, ejus Poemata canerent, & domi Trichoriam saltationem ex ejus præscripto exercerent. *Suidas.*

Patres.

Ægyptiis in more fuit, ut Calasiries (qui præcipui habentur milites) à nullo Doctores, sed à patre solum militiæ præceptis erudirentur. *Alex. ab Alex. lib.1. cap.20. ex Herodoti lib.2.*

Magnus Sforcia, sub moderata disciplina educatum filium Franciscum, cùm ab se in Brutios ad dotales urbes ex Polyxena Ruffa uxore profecturum dimitteret: ei attribuit eximiæ virtutis duces, & milites, qui bello, paceque ætatem ejus regerent, diù juvenem cohortatus, ut pietatem, & justitiam coleret, nobilique animi décreto existimaret, virtute potiùs, quàm malis artibus ad opes, & gloriam contendendum. Illud etiam gravissimis præceptis adjecit, ut etiam, atque etiam ca-
B veret, ne amici, aut imperio subiecti uxorem unquam impudicis oculis intueretur. Neminem vulnere, aut duro verbere puniret, aut si id casu, aut ira præcipiti accidisset, extemplò lenitum, donatumque digno munere, longius ablegaret. Postremò nunquam indomiti oris equum ascenderet: nunquam eo uteretur, qui ab ungula molliore facilè soleam excutere consuesset. *Jovius in vita Sforciæ.*

Mulieres.

Magno Sforciæ, Joannes Attenduli F. Cotignolæ antiquo Togatæ Galliæ oppido nato, mater fuit Elisa, virilis animi mulier, ex Petracina factiosa gente. Ea erat fervidis admodùm, asperisque moribus, sed pudicitia, & fœcunditate mirabili. Peperit enim alterum, & viginti liberos, quos veluti ad arma natos ita educavit, ut facile comptiora indumenta exquisitaque epulas, & mollia strata contemnerent: verterentur autem robusto quodam corporis, atque animi vigore ad tuendum familiæ decus, & id sæpius armis, quando gravissimas simultates cum Pasolinis æquè potentibus exercerent, cum Martinus Pasolinus ejus familiæ princeps, puellam nobilem Bartholo Sforciæ fratri ex chirographo despondsatam, quòd
C in ejus dotem perampla hæreditas veniret, arroganter intercepisset. Ob id sæpius justa propè acie dimicatum est, magnæque cædes editæ. *Jovius in ejus vita.*

Dæmones.

Ingo Rex Sueonum, proferendi imperii gratia Danis bellum indixerat. Cujus eventum Haraldo Danorum Regi explorare cupienti, Senex gigantea statura orbus oculo, obvius factus, hispido amiculo, Othinum se dici, bellorumque usum callere testatus, præcepit, ut terrestri prælio universam aciem in tres turmas divideret, quarum unamquamque vicenarii ratione densaret, mediam verò viginti virorum numero, reliquis porrectorem extenderet, quam etiam in coni, sive pyramidis acumen digerens, alarum recessus utrimque secus discretis amoagibus obliquaret. Cujuslibet verò turmæ feriem hac ratione contexeret, ut à duobus frons inchoans, consequentibus locis unitatis duntaxat incrementa reciperet, & quidem in secunda linea tres, in tertia quatuor, eodemque modo posteriùs ordinandos, habita congressione statueret: sicque consequentes gradus idem proportionis tenor instrue-
D ret, donec conjunctionis extremitas alas æquaret: Cornu verò quodlibet denis ab eo ordinibus formaretur. Post has item turmas instructam jaculis juventutem collocaret, à tergo veteranorum cohortem adhiberet, quæ labantes sociorum vires firmaret. Deinde funditorum alas gnarus locorum supputator annecteret, qui post sodalium agmina consistentes, eminus hostem tormentis incesserent. Post quos cujuslibet ætatis, aut ordinis homines absque conditionis æstimatione passim adscisceret. Cæterum postremam aciem ternis ad instar primæ cornibus interstinctam, similique graduum proportione digestam explicaret: cujus tergum superiori conjunctum agmini, ipsum aversæ frontis obstaculo tueretur. At si navale fortè prælium incidisset, partem classis secerneret, quæ eo propositos inchoante conflictus, multivola rates hosticas reflexione circumdaret. His disciplinæ militaris rationibus instructus, Ingonem, Olaumque fratrem bellum parantes, anticipatis apud Sveciam rebus, oppressit. *Sax. lib.7.*

QUALES. PUTA
Apti.

☞ *Ex Stratagematum Titulis illustretur, quatenus recte, & feliciter, quid agendum sit, ipsi Duces suos docent milites.*

Gobryas unus ex septem, qui Magos sustulerunt, vir prudentia insigni, cujus consilio in Scythica expeditione usus Darius, tutò effugit, alioqui cum toto exercitu periturus. *Herodotus lib.4.*

Inepti, Mali. Disciplinæ militaris dissolvendæ auctores.

Cambyses Rex Persarum ineptum militaris disciplinæ Magistrum filii sui Cyri esse rationibus ostendit, qui τὰ τακτικὰ, hoc est, instruendæ aciei rationem tantùm doceat, earum rerum, sine quibus acies nulla instrui, aut instructa præclarè rem gerere potest, penitùs ignarus: nimirum quomodo hosti insidiandum, quomodo consilia ejus exploranda, nostra occultanda: commeatus, & stipendia quomodo conficienda: militum corpora quomodo exerceri, animi verò accendi, & in officio retineri debeant: castra quo loco ponenda, & similia multa. *Xenophon. lib.1. Pædiæ.*

Pyrrhus Rex audiens. Quendam promittentem, se traditurum ei aciei instruendæ artificium, qui tamen in acie nunquam fuerat, dixit: Non opus esse sibi Imperatore, vel belli Duce, cujus aures tubæ sonus nunquam circumierit. *Stobæus serm. 52.*

Eudamidas, cùm Philosophus quidam solùm sapientem bonum esse Imperatorem asseruisset, dixit: Mirabilis quidem oratio est: is verò, qui loquitur, nunquam classicum tubæ sonum expertus est. *Idem.*

Cùm Hannibal in Chalcide apud Antiochum Asiæ Regem esset, atque coram eo Phormio Philosophus, ut doctrinæ magnitudinem ostentaret, variis de rebus copiosè disseruisset: postremò eò descendit, ut de militari arte loquereturus. De qua cùm permulta dixisset, Antiochus ingenii, & facundiæ magnitudinem admiratus, posteàquam hominem laudavit, ad Hannibalem conversus, qui silebat, quæsivit. Quid ei de Phormione videretur; Subridens Hannibal, liberè respondit: Multos se senes deliros vidisse, sed neminem, qui Phormione magis deliraret. Nam cùm ne tubarum quidem clangorem unquam exaudivisset, ut stringi gladium vidisset, se præsente de militari scientia loqui ausus esset, qui quinde-
G cim annos gravi bello Romanos vexasset, totque eorum exercitus, ac Consules occidisset. *Plut. in Annibale.*

Severus, tribus Impp. brevi tempore sublatis, Juliano Romæ, Pescennio in Syria, in Gallia Albino, Romam reversus est. Laureatus populus venientem excepit. Ipse congiarium populo dedit, militibus pecuniam largitus est, frumenti mensuram adauxit, & domi mulierem habere permisit, rem neque priùs usitatam, neque in futurum militiæ conducibilem. Hic omnium primus duritiem, asperitatemque militaris victus, laborum tolerantiam, veteremque disciplinam sustulit. Tum milites, neglecta ducum reverentia, & opibus supra modum inhiare, & munditias colere cœperunt. *Sab. lib.5. Enn.7.*

Ingemarus Gothorum, & Svecorum Rex, Haraldo Danorum Regi, quòd Schoningiam Gothici regni partem occuparet, bellum indixit. Haraldus Othinum (qui apud Upsaliam colebatur) rogabat: Ne sibi in tantis periculis deesset. Tum illi vita est astare imago monoculi senis, hispida veste induti, qui Othinum se nominabat, venisseque, ut futuri belli eventum denunciet, rationemque struendæ H
aciei ostendat. Quæ tamen tam insulsa fuit, & inepta instructio, ut malus ille dæmon non servare, sed funditus Danos perdere voluisse sit visus. Priùs tamen uxoris insidiis sublatus est Ingemarus, quàm prælium sit commissum. *Joan. Magnus lib.8. cap.1.*

☞ *Vide paulò antè.*

Imp. Manuel Comnenus, stipendia militaria in fiscum, tanquam aquas in cisternam coegit: & exercituum cupiditatem donativis, quæ incolarum dicuntur, levavit, abusus re à veteribus Impp. usurpata in eos tantùm, qui hostes sæpè ceciderant. Qua quidem prodigalitate milites in universum enervati, voluptatibus succubuere: & qui strenui antè fuerant, cum nihil eximii præ cæteris re fortiter gesta se habituros sperarent, animos demisere: & vicissim multi opifices, bellicarum rerum imperiti, ad castrenses dignitates ascendere. Perturbationis hujus Romanæ provinciæ graves pœnas dederunt, quarum aliæ à barbaris spoliatæ, & occupatæ sunt: aliæ ab ipsismet militibus tanquam alienæ vastatæ, & eversæ. *Nicet. lib.7.*

Post

Post Regis Mathiæ Corvini obitum, Ungari, quod ad bella
A pertractanda attinet, semper inglorii extitere. Etenim Ladislaus Rex militarem disciplinam, atque à Rege Mathia institutos militum ordines, adeò labefactari permisit, ut Ungari nullam bellandi peritiam, sed solummodò quandam temerariam audaciam ac ferinum furorem haberent, quo se posse Turcas omnes in primo congressu devorare præsumerent. *Jovius in vita Solymanni.*

QUOMODO. NEMPE
Exercitatione.

Spartani furandi usum pueris concedebant impunè, non ob turpia lucra, neque ad sumptum libidini præbendum, comparandamve opulentiam sed pro exercitio, disciplinaque rei bellicæ: quòd & furandi solertia, & assuetudo acueret animos adolescentum, & ad insidiarum astus, & vigilandi tolerantiam & obrependi celeritatem, aptos, proclivesque redderet. *Plut. in Laconiis.*

Iphicrates Athenienses variis modis milites exercebat, fictis excursionibus, falsis insidiis, fictis proditionibus, simulatis
B transitionibus, fictis aggressionibus, & panicis: ut si quando tale quid eveniret, non terrerentur. *Polyæn. lib.2.*

Apud Rom. milites in castris militiam edocti, hyeme pariter, atque æstu diebus singulis manè, & post meridiem, locum tenere, signa sequi, ordinem servare, fossam fodere, figere vallum, militari gradu incedere, & alia militaria facere, quotidiano usu edisccebant. Nam ducibus, centurionibus, & tribunis, præcipuè curandum erat, in locis ubi stativa habebant, cogere tyrones milites, cùm primùm merere cœpissent stipendia, ne sine consilio, sine imperio in hostes tenderent, per turmas hinc inde crebrò concurrere, decurrere, clamare, locum tenere, imperium servare, jussa exequi, seque in orbem collligere, cuneum facere, & phalangem, ut sequi signa, & pati tædium, æstus, ac vigilias assuescerent, ne pulsi loco cederent, & in acie quisque agnosceret ordines suos: ita ut usu quotidiano non minùs ipsi sibi præscriberent, quid facto opus foret, nec hoc incitante ullo, nec imperante, quàm ab aliis edisceren. *Alex. lib.1. cap.20.*

C Germani prisci juventutem omnem præcipuè tamen pueros, non molliter educabant: sed laboriosis semper exercitationibus, pugnæ etiam simulachris assuefaciebant: ut cum ad virilem ætatem pervenissent, nihil tam difficile, tam arduum, tam durum esset, quòd non remoto omni corporis dolore subire auderent. *Alex. lib.2. cap.25.*

P. Rutilius Rufus, Consul cum C. Manlio, an. Urbis 651. primus ex ludo C. Aurelii Scauri Doctores gladiatores accersivit, qui juventutem in armis erudirent.

Haraldus, Danorum Rex, victoriis clariss. provinciis, principibusque perdomitis, quinquaginta annos in otio exegit, & ne militum animi in desidiam resolverentur, assiduè eis cavendi, inferendique ictus rationem à gladiatoribus perdiscendam constituit. Quorum quidam insigni arte adversæ frontis supercilium infallibili ictu ferire solebant. Quòd si quis ictu recepto oculis conniveret, aula ejectus, stipendiis defungebatur. *Saxo lib.7.* Idem quærens exitum vitæ per arma, exercendæ juventutis gratia bellum indixit Ringoni Sueciæ Regi. Septem annis continuis arma paravere, naves cum bellicis instrumentis communivere. Non facilè alia in gente similem aut multitudine pugnantium, aut varietate auxiliorum, aut diu-
D turnitate apparatus expeditionem reperias. *Crantz. lib.1. Norvegiæ cap.31.*

Othocarus, Boemorum Rex, offensus inertia juventutis nobilioris, quam viderat vino, somnoque, & lustris magis, quàm equis, & armis intentam, ad exercitium equestre juvenes nobiles, laude, præmiisque & honoribus invitabat, præpositis veteranis, qui per ludicra pugnæ equestris ad serium certamen inèundum tyrones consuescerent. Atque ista re brevi consecutus est, ut externo haud multum indigeret equite: nam pedite abundabat. *Dubravius lib.17.*

Cùm Hungari, mortuo Conrado I. Cæsare, Saxoniam fœdè depopularentur, Henricus I. qui ei successit, levibus prælii eos sustinens, unum ex principibus illorum ceperat. Quem cùm illi magno auri pondere redimere poscerent: Rex captum reddere pollicetur, si aliquot annorum inducias pacisccantur. Convenit inter eos de annis novem: quibus constitutis, Rex militem facit instrui omni genere necessariorum ad bella armorum, exerceri ad pugnam, armari quoque promptè. Constituit deinde ut in agris octo nonum, & in urbibus quatuor quintum quemque in militiam profectum alerent. Præsidiis firmavit urbes: in agris nihil reliquit, quod hostibus E
prædæ esset. Convivia nuptiarum & alias comessationes jussit in urbibus solis apparari, non in prædiis urbanis. Sic exercitatum militem duxit in Vandalos, hostem (ut putabat) molliorem. Brandeburgum expugnavit, provinciam subjecit. Inde in Dalmatas agmen vertit, ejusdem gentis, & linguæ nationem: urbem Grona vicesimo die cepit, milites diripiendam dedit, omnibusque puberibus peremptis, victorem reduxit exercitum. Pragam quoque Boemorum metropolim, ex ejusdem gentis societate oppugnavit, regemque illius in eam perduxit necessitatem, ut se dederet. Cùm jam constitutæ Ungaris induciæ finem haberent, mittunt illi pro more nuncios, dona solita postulantes: dederat enim Rex per singulos annos nonnihil donativi nomine, quò obæratos haberet sibi. Id cum sibi perpetuum Ungari sperarent, Rex pernegavit, jam exercitato milite animis auctior. Indignabundi illi Thuringiam invadunt. Rex licèt gravi ægritudine laboraret, tamen exercitu mediocri quatuor dierum spatio collecto, hostes, ad urbem Mersborgh castrametantes, assecutus est. Clamor exoritur, à Christianis quidem Kyrie eleison, ab Ungaris autem tartareus F
stridor, Hui, hui, hui. Insigni clade Ungari profligati. *Crant. lib.3. Saxon. cap.8.*

Conversatione.

Q. Metellus Consul, quamvis nulla lege impediretur, quin filium contubernalem perpetuum habere: maluit tamen eum in ordine merere, ne filium plus æquo amare diceretur. *Frontin. lib.4. cap.1. Stratagematum.*

P. Rutilius Consul, Cn. Manlii collega, cùm secundùm leges in contubernio filium suum posset habere, in legione tamen militem fecit.

Honore.

Lacones, quando hostem superant consilio, bovem Marti immolant: ubi aperto marte, gallum gallinaceum: exercituum ductores, ut non tantùm bellaces, verùm etiam astuti, callidique sint, assuefacientes. *Plut. in Laconicis.*

Imaginibus.

Theodatum, Ostrogothorum Regem, in Italia scribit Cassiodorus, Romæ elephantos ex ære, via Sacra, ad naturalem G
bestiæ magnitudinem extantes, qui ruinam minabantur, instaurari jussisse: quòd populi Romani conduceret animorum servandæ generositati, si pueri, adolescentesque bestias inturentur, in quas majores eorum pugnare non horruissent, decori infervientes. *Crantz. lib.5. Sveciæ. cap.23.*

Pœnis.

Scoti veteres arma magna cum cura colebant, præcipuas, clarissimasque in illis opes ponentes. Nam si quispiam gladium oppignerasset, exauctoratus mox commilitii consortio, ut indignus, prohibebatur, quæ perjuro quoque pœna erat, eaque longè maxima, ignominiosissimaque. Qui verò metu aut aciem deseruisset, aut castris quopiam non obtento à duce commeatu profugisset, impunè, à quovis necabatur, omnesque ejus fortunæ fisco adscribebantur. *H. Boethius in Scotia.*

Scriptis.

De Pyrrhi Epirotarum regis scientia & arte instruendæ aciei, atque rei militaris documentum accipias ex commentariis, quos de his reliquit *Plut. in Pyrrho.*

Ex epistola Aureliani Augusti ad Tribunum suum scripta, H
vetus militaris disciplinæ ratio comprehendi potest, quæ talis est: Si Tribunus esse vis, aut potiùs fit tibi, ut vivas, curæ est, fac militum manus ab alieno contineas. Nemo alienum pullum accipiat, alienam ovem tangat, ab aliena vineam uvam decerpat, aliena fata calcet, olcum, salem, ac ligna petat, taxato ei commeatu contentus maneat: prædaque hostium, non lachrymis subditorum alatur: nitida habeat arma, ferramentaque omnia parata teneat, calceamenta sint firma, veterem vestem nova excludat, stipendiumque ejus in baltheo, & non in culina maneat: torquem, armillam, atque annulum ferat: equum suum majorem ipse perficet, animal ex hoste captum non vendat. Mulum, qui ejus, ac comitum impedimenta gerit, diligenter curet. Mutuò sibi milites, ut servi auxilio sint, à medicis sine præmio curentur. Aruspici, & sagis nihil dent, honestè in stativis suis vivant, & qui rixabitur, vapulet. O miram disciplinam, non modò antiquis militibus, sed religiosis quoque viris dignum. *Fulgos. lib.2. cap.2.*

PRU-

PRUDENTIÆ OECONOMICÆ MAGISTRI.

QUI NEMPE *Principes*.

M. Antoninus Pius salaria multis subtraxit, quos otiosos videbat accipere, dicens: Nihil esse sordidius, immò crudelius, quàm si Rempubl. ii arroderent, nihil in eam suo labore conferrent: Unde etiam Mesomedi lyrico salarium imminuit. Rationes omnium provincialium apprimè scivit, & vectigalium. Patrimonium privatum in filiam contulit: sed fructus Reip. donavit. Species Imperatorias superfluas & prædia vendidit: & in suis propriis fundis vixit variè, ac pro temporibus. *Capitolin.*

Eberhard. I. Dux VVirtembergensis, prudentia singulari subditorum suorum fortunis cognitis, provinciam florentissimam reddidit. Unde subditi, quasi numen quoddam eum coluerunt, dicentes: Si Deus non esset Deus, nemo jure majore Deus esset, quàm Dux noster. *Rinhard. Hadamarius in Institutione Principis.*

Cuncta sub Joanne Galeacio Vicecomite officia, quæ tanti Imperii administrationem respicerent, admirabili ordine constabant: imperia, jussaque in maximis, minimisque rebus de scripto exibant, & rerum omnium sumptuariæ rationes amplissimis codicibus mandabantur: ex quibus ministrorum fidem, & diligentiam exigebat, & per censores quidem spectatæ probitatis, qui singula pro meritis ad pœnam, & præmium revocarent. Erant autem in ejus aula infiniti propè librarii, amanuenses, atque notarii, qui per singula officia rationum præfectis operam navarent, tanta cura, religioneque, ut non modò totius imperii, urbiumque stati redditus, & custodiarum sumptus, sed si quid in publica ludorum spectacula impenderetur, & quot fercula sigillatim in solennibus conviviis venirent, & quid claris hospitibus donaretur, ad exemplum, atque ad memoriam scriberentur. *Jovius in Joan. Galeacio.*

QUOMODO. *Scriptis*.

M. Cato non deterior videtur domus rector, quàm civitatis fuisse. Etenim & amplificavit facultates suas, & præceptor extitit aliis œconomiæ, & agricolturæ, multaque de his frugifera in scriptis suis collegit: *Plut.*

PRUDENTIÆ ALIORUM DISCIPULI, TUM CONSULENDO.

Vocatus à Cyro Juniore Xenophon ad militiam, Socratem in consilium adhibuit, Socrates metuens, ne offenderet Athenienses, quòd amicitiam Cyri quæreret, qui auxiliis adjuverat antea strenuè Lacedæmonios, suasit ut Apollinem Delphicum consuleret. *Cicer. lib. 2. de Divin. ex lib. 1. ἀναβάσεως. Xenophontis.*

Apud Plautum in Sticho, Act. 1. Sc. 1. Pater in consilium adhibet filias duas de noverca ducenda. Prudenter consulunt filiæ.

Cn. Pompejus à M. Varrone rationem eorum, quæ in Senatu proponenda & agenda essent, petiit. Quam ille peculiari com. ei communicavit. *Gell. lib. 14. cap. 7.*

Alexander Mammeæ Imper. nullam legem sanxit sine viginti viris Juris scientiæ peritis, quos in consilio habuit, & in his Fabium Sabinum Sabini viri insignis filium, Domitium Ulpianum, Julium Frontinum, Pomponium, Alphenum, Africanum, Martianum, Callistratum, Hermogenem, Venulejum, Tryphonium, Metianum, Proculum, Modestinum, omnes Romani juris scientia insignes, & qui operam Papiniano dederant. Affuit illi & Venatus, orator ea tempestate nobilis. *Sabell.*

PARENDO.

☞ *Vide Locum Prudentiæ Κρατικῶν, Qui aliorum bonis consiliis paruere.*

CERTAMINA PRUDENTUM CONSILIA DE EADEM RE DIVERSA.

POLITICA. NEMPE DE *Rep. constituenda*.

Cùm Persarum septem proceres Magos interfecissent, nimirum Otanes, Intaphernes, Gobryas, Megabyzus, Aspathines, Hydarnes, & Darius. Hystaspis præfecti Persarum F. de summa rerum posteà consultarunt, & quodnam genus politiæ Persis maximè conveniret, deliberarunt. Otanes ut popularem persuaderet gubernationem, à Monarchia quantum potuit dehortabatur, quòd pro libidine unus omnia impune ageret, ac insolentia cæteros ex peccandi licentia contemneret, vim nonnunquam inferret, leges corrumperet, patriæ jura labefactaret, indemnatos interimeret, feminas pro voluntate sua constupraret. Quod in multitudine fieri non posset, ubi juris æquabilitas ea prohiberet, quæ Monarcha violentia sibi ipsi vendicaret. Megabyzus contra, ut optimatum, paucorumque statum populari præferret, Otani contrarius, dixit, populari multitudine nihil esse neque insipientius, neque insolentius. Cùmque plebs indocta nihil sciat, nihil sapiat, neque justum, neque honestum intelligat, instar torrentis præceps sine consilio ruit, quod pauci, & optimi, quorum consilia sunt optima, non & faciunt: quæ omnia maturè agenda obeunt, ratione duce, nil perperam agentes. Tandem Darius Persis pro virili persuadere nitebatur contra popularem gubernationem, quæ neque ratione, neque consilio, neque diligentia utitur, & contra Aristocraticum statum, Monarchiam unam longè omnium esse optimam. Nam unius viri, qui optimus sit, imperio, nil melius esse constat. Unus sit, qui imperet, unus Rex, unus Dominus. Imperatorum enim multitudo bona est: cùm inter animalia quoque videamus in Apibus Regem unum, in gregibus, & armentis ducem unum, grues ordine literato unum sequantur ducem, mundi rectorem credamus unum. Nihil ergo melius Monarchia, qua facilè & seditiones, quæ inter paucos, & optimates suboriuntur, sopitæ extingui in vulgo tumultus (quandoquidem turbulentum est, & mente caret) sedari possunt, ubi plerumque malitia Remp. vexat. Vicit ergo Darii sententia: ut Monarchiam Persæ cæteris statibus præferrent. Moxque ipse Darius astu equisonis solertis Rex creatus, Persis imperitavit. *Ex Herodoti Thalia Cusp. A. D.*

Octavius Cæsar, rerum potitus, paceque per totum terrarum orbem parta, consilium de armis ponendis, & Rep. S.P.Q.R. reddenda cum M. Agrippa, & G. Mecœnate duobus intimis amicis cepit. Prior Agrippa principatum ei dissuasit, & ut Rēpubl. Romanis redderet, suasit. Mecœnas contrà consilium de retinendo principatu dedit: sed ita tamen, ut eum optimum Principem, non tyrannum esse vellet. Cæsar utriusque audito consilio, utrumque laudavit. Mecœnatis tamen sententiam secutus, imperium retinuit: Agrippam nihilominus summa complexus est benevolentia. Ut tamen utrique satisfaceret, & principatum suum hominum voluntate potiùs, & decretis, quàm vi, & armis tenere videretur, septimo Consulatu suo dispositis in senatu senatoribus, iis qui ad eam rem apti viderentur, se Reipub. imperium velle reddere simulavit: atque id, quod voluit, obtinuit. Nam partim metu, partim amore principatum postularunt, atque ad Imperatoriam majestatem accipiendam eum coegerunt. Orationes Agrippæ, & Mecœnatis contrarias pete ex Dione, libro quinquagesimo secundo. *Zonara.* At de eo *Sueton.* sic scribit: Augustus de reddenda Reipub. bis cogitavit: primò post oppressum statim Antonium, memor objectum ab eo sibi sæpiùs, quasi per ipsum staret, ne redderetur: ac rursus tædio diuturnæ valetudinis, cum etiam magistratibus, ac Senatu domum accitis rationarium Imperii tradidit. Sed reputans, & se privatum non sine periculo fore, & illam plurium arbitrio temerè committi, in retinenda perseveravit: dubium eventu meliore, an voluntate. Quam voluntatem cùm præsidens identidem præ se ferret, quodam etiam edicto his verbis testatus est. Ita mihi salvam, ac sospitem Remp. sistere in sua sede liceat, atque ejus rei fructum percipere, quem peto, ut optimi status auctor dicar: & moriens, ut feram mecum spem, mansura in vestigio suo fundamenta R.P. quæ jecero.

Legumlatione.

Referunt historici, derisisse Anacharsim molitiones Solonis, qui Athenienſium se injurias, & cupiditates putaret refrænaturum scriptis legibus, quæ nihil à telis araneorum differrent, sed sicut illæ, imbecilles, tenuesque essent, quos comprehendissent retenturæ: validos verò, & pecuniosos transmissuræ. Quibus Solonem ferunt occurrisse, stare homines etiam pactis conventis, quæ neutri parti expediat violare: ac leges ita se temperare civibus, omnibus ut futurum perspicuum esset, antiquius esse colere justitiam, quàm jus violare. Verùm horum quidem eventus, Anacharsis conjecturæ potiùs, quàm spei respondit Solonis. *Plut. in Solone.*

Imperio propagando.

Thomas Mozenicus Venetorū Dux, semper adversatus fuit Fran-

Francisco Foscaro, suadenti ut bellum pro Florentinis, proq; augendis imperii Veneti finibus contra Philippum Mediolanensium Principem in continenti susciperetur, publicumque hoc studium rei maritimæ deponeretur. Rem namque Venetam in Adriæ lacunis ortum & auctam, maritimo potiùs, quā terrestri imperio conservandam esse contendebat. Is moribundus jam, convocatis intra cubiculum suum aliquot civitatis principibus, quos certò noverat creando principi intra quadraginta viros præfuturos, ita locutus est. Ego, inquit, patres, non multò post moriar. De patriæ autem salute etiam post mea fata sollicitus, vos singulos seorsum rogatos velim, ut non gravemini clàm sententiam promere vestram, quem mihi successorem daturi sitis. Cùm singuli ad eum venissent, & major eorum pars in Franciscum Foscarum pronior apparet: Video, inquit, plurium sententias in Foscarum propensiores. Scitis, quo semper in Foscarum animo fuerim, nunquamque in illum odio laboraverim, sed pro patriæ charitate ejus sententiæ de bello suscipiendo semper adversatus sim. Quare Deum immortalem precor, ut opinionibus vestris faveat, patriæque dignitas, & incolumitas perpetuò vobis, hæredibusque nostris æterna extet. *Egnat. lib. 7. cap. 2.*

Liberanda patria.

Persarum Rex Darius, ex Asia in Europā exercitu trajecto, Scythis bellum illaturus, pōtem fecit in Istro flumine, qua copias traduceret. Ejus pontis dum ipse abesset, custodes reliquit principes, quos secum ex Jonia, & Æolide duxerat: quibus singulis ipsarum urbium perpetua dederat imperia. Sic enim putavit facillimè se Græca lingua loquentes, qui Asiam incolerent, sub sua retenturum potestate, si amicis oppida tuenda tradidisset: quibus, se oppresso, nulla spes salutis relinquerētur. In hoc fuit tum numero Milciades Athenienſis, Chersonneso præfectus. Hic cùm crebri afferrentur nuncii, malè rem gerete Darium, premique à Scythis: Milciades hortatus est pontis custodes, ne à fortuna datam occasionem liberandæ Græciæ dimitterent. Nam si cum his copiis, quas secum transportaverat, interiisset Darius: non solùm Europam fore tutam, sed etiam eos, qui Asiam incolerent Græci genere, liberos à Persarum futuros dominatione, & periculo. Id & facilè effici posse, Ponte enim rescisso, Regem vel hostium ferro, vel inopia paucis diebus interiturum. Ad hoc consilium cùm plerique accederent, Histiæus Milesius, ne res conficeretur, obstitit, dicens: Non idem ipsis, qui summas imperii tenerent, expedire & multitudini quòd Darii regno ipsorum niteretur dominatio. Quo extincto, ipsos potestate expulsos, civibus suis pœnas daturos. Itaque adeò abhorrere à cæterorum consilio, ut nihil putet ipsis utilius, quàm confirmari regnum Persarum. Hujus cùm sententiam plurimi essent secuti, Milciades non dubitans, tum multis conscius, ad Regis aures consilia sua perventura, Chersonnesum reliquit, ac rursus Athenas demigravit. *Phoros in Milciadæ.*

Tyrannide retinenda, deponendave.

Dionysius tyrannus obsessus à civibus Syracusis, cùm se exclusum pabulo, rebusque necessariis prohibitum cerneret à mercenariis quoque desertum: convocat amicos, & unà cum illis de rerum summa deliberat. Nam tantùm prorsus à retinendæ dominationis spe desiverat, fiduciamque sui omnem amiserat, ut non jam quo pacto Syracusani debellarentur, sibi quærendum postularet, verùm potiùs consulendum, quodnam mortis genus subiret, ne tam ignavè tyrannide cessisse videretur. Eloris igitur unus ex amicis, cum ad persistendum hortatus est, dicens dominationem esse honestissimum sepulchrum. Polyxenus socer ad fugam accendit, velocissimum conscendat equum, & quàm raptissimè intra Carthaginensium fines ad Campanos se recipiat. Eos namque Himilco reliquerat ad defensionem & præsidia locorum, quæ ceperat in Sicilia. Cæterum Philisto, qui posteà historias conscripsit, contraria sententia visa est. Haud expedit tibi, Dionysi, inquit, equo vectum, sponte extra dominationem evolare: sed contrà per crura, quoad vires suppetunt, reluctantem extraxi, cui Dionysius assensus, statuit omnia priùs subire, omnia perpeti, quàm ultrò relinquere dominium. Legatos igitur ad defectionis principes mittit postulatum, ut sibi permitteretur cum suis urbe discedere. Parte alia ad Campanos nuncium ire jubet, qui sponderet eis, quantamcunque postulassent se pecuniam daturum, cunctaque ad obsidionem suppeditaturum. His compositis tyranno permittitur, ut cum quinque navibus abnaviget. Interea cives tanquam jam parta libertate securi, negligentiùs omnia agere, & sociorum auxilia dimittere. Supervenientibus Campanis, Dionys. tyrannidem, de qua jam desperarat, recepit. *Diodor. lib. 14.*

BELLICA. DE *Militari disciplina*.

Magni Sforciæ, & Braccii Montonensis de Militari licentia cohibenda contrariæ fuerunt sententiæ. Siquidem Sforciæ præcipua cura semper fuit, paganos agricolas ab avaritia militum defendere, hospites tueri, licentiam militarem in hybernis, & in agmine, indicta gravi, & inexorabili pœna, cohibere, ac demùm deditis, conservatisque, quàm expugnatis, atque deletis urbibus, lætari. Braccius verò Montonensis contra in colloquio ad Saccomaniam sylvam post multa de bellicis disputata, cum percanctabatur: Cur nam tantoperè severitatis, ac abstinentiæ laudem quærendam, putaret, quando id prorsus à toto militaris consilii proposito alienum esse videretur: quòd promereri studia militum vel cum injuria generis humani oportere censeret, si ad ingentia imperia, & opes, uti ipsi ab humili fortunæ loco prosperè crevissent, foret evolandum. Ad ea Sforciam respondisse fuerunt, nihil esse gratius diis immortalibus æquitate, & justitia: qua una maximè quæsitæ bello opes, positis demum armis, cùm insigni gloria firmarentur. *Jovius in vita Magni Sforciæ.*

Bello suscipiendo.

Mardonius Xerxi Regi suscipiendæ contra Græcos expeditionis suasor: Artabanus dissuasor fuit: sed vicit ille, ut vinceretur. *Herod. lib. 7.*

Audita Memnonis Rhodii, cui rerum summam commiserat, morte, Darius Persarum Rex deliberavit de bello Græcis inferendo cum amicis. Quibus suadentibus, ipsum Regem in aciem prodire, quod Persæ omnes cupidissimo animo decertaturi essent: Charidemus Athenienſis, virtute & omnibus artibus Imperatoriis præstantissimus, Darium admonuit, ne temerè imperium suum aleæ committeret: sed illud ipsum, quod longè, & latè patebat, in officio contineret: ducem autem, cujus prudentia explorata haberetur, contra Macedones mitteret. Ad quam expeditionem centum millium peditatum sufficere dicebat, ut eorum tertia pars essent Græci stipendio conducti. Et ut major dictis fides haberetur, pollicebatur, se se bellum illud confecturum. At non tantum prævaluit amicorum Darii consilium, quamvis stultius: sed etiam Charidemus in suspicionem proditionis incurrit. Eoque nomine zona comprehensus ab apparitoribus interfectus est. *Diod. lib. 1. & Sab. lib. 4. Enn. 4.*

Ægestani Siculi victi à Selinuntiis, Athenienſium opem implorabant. Missi legati Ægestanorum opulentiam renunciāt. Comitiis habitis de ea re, populus consulitur. Relata in medium consultatione de exercitu in Siciliam traiiciendo: Nicias Nicerati filius, vir admirabili inter cives virtute, & auctoritate, contrariam habuit sententiam, minimè esse traiiciendum: haudquaquam eam adesse Athenienſibus opum vim, ut simul cùm Lacedæmoniis, potentissimo Græcorum populo bellum sustinerent, & magnas procul in exteram expeditionem copias trans maria traiicíant: temerariique consilii par videri, qui Græciæ imperium sibi, quod sæpe tentassent, integris, coactisq; viribus vindicare non valuissent, eosdem mox vana spe magis quàm ulla ratione adductos, parte copiarum velle rem graviorem aggredi, belloque subigere, tentare maximam totius orbis terrarum insulam, opulentissimamque, quam Carthaginenses gens in terris potentissima, cujus pollens admodùm latè patens imperium porrigeretur, persæpè multa bello moliti, variisque conati artibus suæ ditioni subigere, nihil prorsus adhuc usque vel viribus, consiliisq; omnibus proficere potuissent. In contrariam sententiam nitens Alcibiades, hortari populum pergit, ut illud bellum confidenter adoriatur, & insula tanquam arce occupata, imperium etiam extra Græciam promoveat. Persuasus itaque illius sermone, assensusque populus, extemplò classem ad id idoneam extrui jubet: triginta à foeciis triremes missæ, centum ipsis suis opibus instruunt, rebusq; muniunt ad bellum necessariis; quina deinde armatorum millia eis imponuntur. Eo delectu ex civibus habito, duces ejus expeditionis tres creati, Alcibiades, Lamachus, & Nicias Senatus cū ducibus in secreto consuluit. Selinuntios, & Syracusios in prædam dari, abducique prorsus in servitutem: reliquas urbes vectigales omnes Athenienſium facere, stipendiaque annua singulis imponenda. Verùm longè aliter res cecidit. Nam Alcibiade profugo, Lamacho occiso, Nicias solus tantæ rerum moli impar, auxilia nova Athenis evocavit, Missus Demosthenes cum magna navium, & pecuniarum vi;

Qui

Qui cùm in ipso limine infeliciter pugnasset, demum redire
A audebat, impeditis præsertim Athenienſibus bello Peloponneſiaco. Nicias econtrà turpiſſimum id aſſerere. Cujus ſententiæ cùm major pars ſubſcripſit, amiſſa tandem claſſe, partim cæſi, partim vivi in hoſtium poteſtatem pervenere. *Diodorus lib.*13.

Leoſthenes, mortuo Alexandro, pop. Athenienſem ad bellum Lamiacum excitabat. Ei Phocion inquit: Oratio tua, adoleſcens, cupreſſorum ſimilis eſt. Hæ enim grandes ſunt, & excelſæ, ſed non ferunt fructum. Ubi adortus eum Hyperides quæſivit: Quando igitur conſules, Phocion, populo Athenienſi, ut arma capiat; Cùm juventutem, inquit, videro, fervare ordines velle, divites conferre, oratores ærarium non expilare. Cùm multi copias ab Leoſthene conſcriptas cuperent, rogarentque Phocionem, quemadmodum inſtructas putarent: Recte, inſit, ad ſtadium: at dolichon exhorreſco belli: quòd neque ſtipendium civitati aliud, neque naves, neque milites ſint. Aſſipulata eſt autem ei res ipſa. Primùm enim rebus geſtis Leoſthenes, ſuperatis acie Bœotiis, & intra Lamiæ mœnia redacto Antipatro, ſplendidius effloruit. Quo tempore civitatem memorant, magnifica guſtata ſpe, quotidie ex lætis nunciis feſtos dies egiſſe, atque diis honorem ha-
B buiſſe: Phocionem verò ad illos, qui ſe redarguere ipſum putantes poſſe requirebant: Num hæc non optaret ſe feciſſe? Omnino ſanè dixiſſe, verùm conſuluiſſe illa. Aliis rurſus ſuper alia lætis nunciis ex caſtris ſcriptis, & allatis dixiſſe: quando tandem deſinemus vincere? At poſteà quam ad Crannonem victis Græcis, & diſſipatis, Antipatri præſidium accipere, & pacem ab eo petere coacti fuere, tunc tandem Phocionis prudentiam ferò cognovere. *Plutarchus in Phocione.*

Hanno Carthaginenſis, Senator nobilis, Barchinæque factionis æmulus, ſecundi belli Punici eventum ſuæ civitati calamitoſum prævidit: qui Magone, Annibalis Pœnorum ducis fratre, in curia referente, cæſa intra biennium cc. milia hoſtium, ab Annibale quatuor conſulares exercitus deletos, magnam Italiæ partem à Rom. ad Pœnos defeciſſe: & ut major fides iis, quæ dicerentur, accederet, cùm tres annulorum modios in curiæ veſtibulo effuduiſſet, interrogatur Hanno ab homine Barchinæ factionis: An belli, quod in Italia gereretur, adhuc pœniteret: perconſtatus Magonem Hanno dicitur, Ecquis ex urbe Roma poſt tot clades acceptas ad An-
C nibalem veniſſet pacem petiturus? an Romæ ulla pacis mentio facta diceretur? Cùm ille utrumque negaſſet: Bellum, inquit Hanno, tam integrum, & periculoſum hodie, quàm à principio fuit, cum Romanis habemus. Variatum eſt diù circa Siciliam priore bello: verum qualis fuerit exitus, nemo eſt veſtrum, qui non aut viderit, aut ſando audiverit: & nunc maximè vereor. Nam ſi (quod nolim) fortuna variare cœperit, fruſtrà pacem imploremus, quam nobis vincentibus nemo detulit. *Sab. lib.*4. *c.*8.

Alphonſus Aragonum Rex, cùm ſenex quidam, & natura & ætate audacior, & ex patrum numero, cum argueret, quòd contra patrum ferè omnes ſententias bellum capeſſeret: reſpondit, Regum conſiliarios aut reges eſſe, aut regum animos habere oportere. Plurima enim interdum conſiliariis, & privatis convenire, quæ Regem non decerent. *Ant. Panor. lib.*1. *de rebus Alphon.*

Statu belli.

Achitophel Gilonius, Davidis Regis conſiliarius, vir aſtutiſſimus tantæ exiſtimationis, ut omnia ejus conſilia pro oraculis haberentur, ab Abſalon defecit, eique ſuaſit, ut ad de-
D clarandas apertas, & æternas inimicitias erga patrem ſuum cum concubinis ejus, quas Hieroſolymis ad domus cuſtodiam fugiens reliquerat, tenſo tabernaculo in conſpectu totius populi congrederetur, ad confirmandos Iſraelitarum animos, metuentes, ne facilè patri filius reconciliaretur, ipſi verò tanquam defectores pœnas luerent. Paruit Abſalon. Alterum deinde conſilium dedit Abſalon: ut lectis XII. millibus Davidem noctu imparatum aggrederetur. Cui ſi Abſalon paruiſſet, Davidem opprimere potuiſſet. At Chuſæus Architta, ſummus Davidis amicus, qui defectionem ab Abſalon ſimulatat, id diſluaſit, Davidis, ejuſque militum 600. fortitudinem exaggerans, quin potius omnes Iſraelitas ad prælium convocaret, & juſto exercitu Davidem aggrederetur. Abſalon Cuſæi conſilium ſecutus eſt. Interim David Jordanem trajecit. Achitophel, deſperatis reb. ſeipſum domi ſuæ, datis familiæ præceptis, laqueo necavit, Davidem victorem fore videns, & quid ab illo ſibi expectandum eſſet, ſatis intelligens. 2. *Reg.*16. & 17.

Poſt funeſtam illam victoriam ad Thermopylas, cùm Xerxes Rex Demaratum Spartanum exulem conſuleret: Qua- E
nam ratione reliquos Spartanos minimo cum negocio ſubigere poſſet? ſuaſit Demaratus, ut claſſe ſua inſulam Cytheram, Laconiæ adiacentem, occuparet, & ex ea Spartanos territaret. Sic enim futurum, ut Lacones domeſtico bello occupati, reliquæ Græciæ ſubſidium ferre non poſſent. Qua ſubacta, Lacones per ſe invalidos futuros. Prævidiſſe hoc Chilonem Lacedæmonium, qui conducibilius eſſe Lacedæmoniis dixerit, eam inſulam obrui mari, quàm extare. At Xerxis frater Achæmenes, claſſis præfectus, claſſem non dividendam cenſuit, præſertim cùm illa eadem naufragio ad Chalcidem paſſo debilior eſſet, & timendum foret, ne diſtracta ſuperaretur. Cujus quidem ſententiæ Xerxes acquievit. Si Demarato paruiſſet, Græciam totam ſine negotio ſubegiſſet. *Herod. lib.*7.

In diſſidio illo Mantineenſium, & Tegeatarum, cùm Tegeatas Bœoti Duce Epaminonda, Mantineenſes Spartani, Duce Agide defenderent: Lacedæmonii habitantes in vicinia, impreſſionem in Arcadiam fecerunt. Epaminonda, Bœotarcha procedens cum exercitu, cùm jam prope ad urbem Mantineenſium acceſſiſſet, audivit ex incolis ejus terræ, Lacedæmonios toto populo effuſos depopulari regionem Te- F
geatarum. Proinde exiſtimans Spartam vacuam eſſe militibus, magnum facinus edere conabatur, ſed fortunam habuit adverſam. Nam cùm ipſe noctu verſus Spartam iter direxiſſet, Rex Lacedæmoniorum Agis, ſuſpectam habens Epaminondæ ſolertiam, prorſus in tempore decrevit prudenter ſequi, & in præſentia Cretenſes mittere præcurſores, per quos præveniens Epaminondam, relictos in urbe certiores fecit, Bœotios brevi venturos Lacedæmonem, urbem direpturos: ſe verò, quàm fieri poſſit, celerrimè aſſuturum cum exercitu, & opem patriæ laturum. Proinde juſſit, urbem ſine terrore cuſtodirent: ſe enim ſtatim comparituram ad ferendas ſuppetias. Cùm igitur Cretenſes mandata velociter eſſent executi, Lacedæmonii ſubactionem patriæ, præter expectationem effugerunt. Niſi enim proditæ fuiſſent inſidiæ, Epaminondas clam, & illis imprudentibus Spartam invaſiſſet. Itaque utriuſque Ducis induſtriam non immeritò quis laudibus evehat, majorem tamen prudentiam Lacedæmonio tribuat. *Diod. lib.*15.

Amurathes, Turcarum Rex, cùm in armis adversùs Uladislaum Ungariæ regem eſſet, in magnas redactus difficul- G
tates, convocatis ducibus præcipuis, in medium conſulere jubet. Chaſanes Europæ Dux præliandum dicit. Id ex re eſſe, negat Turachanes, Theſſaliæ Dux, pugnamque diſſuadet Joſuæ, Breneris egregii Ducis F. placet bellum extrahi, monetque, ut anguſtias diligenter præcludant, & tam diù ſedeant cunctando tempus terentes, donec hoſtibus Pannonibus retrocedendi neceſſitas iniiciatur: deinde cedentibus inſtandum eſſe univerſo equitatu in eos emiſſo, id quod paulò evenit. Nam Pannones, quòd Turcis vias, & anguſtias obſidentibus, nihil commeatus advehi poſſet, fame coacti neceſſariò pedem referre compulſi ſunt. *Chalcocondylas lib.*4.

Mathias Corvinus Ungariæ Rex, cùm ad Uratislaviam Sileſiæ metropolim Caſimiro Poloniæ Regi hoſti cum exercitu occurreret, anceps diù tractus eſt, anne cum exercitu intra urbem ſe reciperet, an extrà metaretur, cùm hoſti numero multò foret inferior? Procerum nonnulli in urbe perſiſtendum cenſebant: contra alii, caſtra vallo carrorum munienda ſuadent, ne provincialibus metum augerent, & ſibi diffidere viderentur. Gabriel Brixienſis, Agrienſis Epiſcopus, cùm inter cœ- H
nandum de re iſta fortè diſſereret, Thomas ſcribat ejus, acerrimi ingenii adoleſcens, utrumque faciendum eſſe dixit, intus, & extra ponenda caſtra. Quod cùm Epiſcopus fieri poſſe negaret, adjecit, caſtra in ſuburbiis pro mœnibus habenda: quæ ab urbe propugnari poſſent, & in ſuburbano loco ſita, intus & extra eſſe viderentur. Epiſcopus per accenſum accitus, ſui ſcribæ conſilium recitavit. Quod uſque adeò principi gratum fuit, ut inſequenti die caſtra mœnibus admoverit: & ne qua urbem militari moleſtia afficeret, aditum civitatis militibus inhibuit. *Bonfin. lib.*3. *Dec.*4.

Fr. Almeida ſucceſſorem habuit in Indiæ prætura Alfonſum Albuquercium, & propter diſpar ſtudium æmulatio inter ipſos excitata, omnes Luſitanos in factionem adduxit. Uterque eorum cùm eſſet animo maximo, & ſingulari virtute prædi-
tus, idem ſibi proponebat: ſed non idem conſilium ſequebatur. Utrique enim propoſitum, pro Chriſti religione, & pro Regis Luſitanorum Emmanuelis amplitudine vitam pro-
funde-

fundere: ſed alter ab altero in hoc diſſentiebat, quòd Almeida
A minimè tutum putabat, urbes expugnare, ne videlicet diſtractæ Luſitanæ vires, imbecillæ redderentur: hoc autem erat illi decretum, mare tenere. Id enim ſtatuebat eum, qui maris imperium poſſideret, Indiæ totius poteſtatem aſſequutum. Itaque maris erat illi antiquiſſima cura, & dum unam tutiſſimam ſtationem navibus haberet, reliqua omnia contemnebat. Fieri enim non poſſe exiſtimabat, ut tantum militum in ſupplementum è Luſitania ſingulis annis mitteretur, ut firmis præſidiis arces multas munire liceret. At Albuquercius non præſentis tantùm ſecuritatis, ſed futuri etiam imperii, quod ampliſſimum fore confidebat, conſilia intimis animi ſenſibus agitabat, ut nec piperis magnus numerus annis ſingulis in Luſitaniam importaretur, ſed ut imperii fundamenta jacerentur, excogitandum cenſebat. Et quò auxilia magis longinqua erant, eo coloniis pluribus oras Indiæ occupandas ſtatuebat: ut variis Luſitanæ gentis ſeminariis paſſim inſtitutis, exercitus in India conſcribi poſſent. Mare verò minimè tutum arbitrabatur iis, qui terra ſimul opes ſuas nequaquam ſtabilirent. Claſſem maximam unica tempeſtate deleri poſſe: at opibus in terra comparatis claſſes refici, & maris imperium recuperare, non eſſe difficillimum. Itaque condendam eſſe civitatem ſtatuebat, quæ ſobolem multiplicem procrearet, ut non ſemper eſſet neceſſe
B temporibus difficillimis, ex auxiliis è Luſitania miſſis pendere, quæ ſæpenumerò in longiſſima, & difficillima navigatione vel morbi multiplices imminuunt, vel fluctus, & tempeſtates exhauriunt, vel hyemes intercludunt. Quod quàm prudenter ab eo fuerit excogitatum, rerum exitus multis poſt illius obitum annis facilè comprobavit. Cùm enim Solymannus Turcarum Imper. Ægypti rectorem cum maxima claſſe in Indiam miſiſſet, ut Luſitanos poſſeſſione pelleret, & is arcem Dienſem obſeſſam teneret, multiſque diebus maxima tormentorum, & armorum contentione vehementer oppugnaret: quamvis plurima detrimenta à noſtris, qui in arcis præſidio manebant, accepiſſet, non tamen tam citò obſidionem ſolviſſet, niſi certior factus eſſet de magnitudine claſſis, quæ contra illum Goæ (quam Albuquercius bis expugnaverat) comparata, Dium petebat. Neque rurſus cùm Rex Cambajæ eandem arcem cum maximo Turcarum auxilio ſex menſibus obſeſſam teneriſſet, tam facilè à Joanne Caſtrenſi, qui tunc in India Joannis Regis nomine imperium adminiſtrabat, victus,
C atque ſuperatus fuiſſet, niſi Goa maximum ad eam victoriam, tica multiplex inſtrumentum ſuppeditaſſet. Ad eam namque magnitudinem civitas pervenit, ut facillimum ſit, in ea juſtos exercitus conſcribi, & claſſes magnas ædificari. *Oſor. l.*7. *rerum Em.*

Pugnæ loco.

Cùm Græci ad Salaminam Xerxis claſſem opperirentur, & audita Athenarum expugnatione, Salaminam relinquere, & in patenti pelago ante Iſthmum hoſtem expectare vellent: Mneſiphilus Athenienſis clàm Themiſtoclem Athenienſium ducem monuit, auctor eſſet Eurybiadi Spartano, claſſis Imperatori, ut naves ad Salaminam contineret, alioqui futurum, ut in ſuas quæque urbes remearent. Themiſtocles id non niſi magna contentione ab Eurybiade obtinuit, cæteris contrarium ſuadentibus. Quæ res Græciæ victoriam attulit. *Herod. l.*8.

Cùm Xerxes ad Salaminam cum Græcis prælium navale committere vellet, & cæteri omnes Regis voluntatem in id inclinare videntes, pugnare juberent: ſola Artemiſia Cariæ regina diſſuaſit, eo quòd in loco anguſto cum Græcis in re nau-
D tica exercitatiſſimis, quamvis numero inferioribus certare, & claſſe afflicta pedeſtrem quoque exercitum in periculum coniicere, minimè conſultum videretur: quin potiùs claſſem in ſtatione continendam, & pedeſtri exercitu in Peloponneſum traiiciendum. Verùm Xerxes conſilio fœminæ faluberrimæ non acquieſcens, turpiſſimè ad Salaminam ſuperatus fuit. *Herod. l.*8.

Hoſtibus victis.

Syracuſani Athenienſes circumventos vicerant, Niciam, & Demoſthenem Duces ceperant. In concione Diocles inter populi principes clariſſ. cenſuit, Duces ipſos virgis, verberibuſque primùm cæſos cum probro necandos: reliquam captivorum turbam per officinas ad lapides cædendos diſtribuendam: ſociorum nominis Athenienſis capita, nudatis corporibus ſub haſta vendenda; ipſis Atheniẽſibus ad opera in vinculis profequenda traditis, duas farinæ menſuras in cibum dandas. Quod decretum cùm recitatum eſſet, Hermocrates prætor in concionem prodiens intercedere, atque impedimento eſſe, ne ſciretur à plebe, nitebatur: multaque proclamando aſſerere, vi- E
ctoria clementer, ac humaniter uti ſcire, longè quàm ipſum vincere, ſatius eſſe. Tumultuante nihilominus populo, atque ipſi concionanti variis undique clamoribus obſtrepente, Nicolaus quidam, duobus præſtantiſſ. liberis in pugna cæſis orbatus, in ſuggeſtum profertur à domeſticis propter membra jam ætate labantia ſuſtentatus. Quem ubi populus concionabundum conſpexit, arrectis in ſenem auribus, intenti adſiſtere, rati parentem ob cladis acceptæ iram contra captivos, velut in necis filiorum ultionem, ſævum aliquod atroxque dictum convicium. Silentio paſſim facto, ſenior ille Athenienſibus parcendum, & clementia eos ex hoſtibus amicos faciendos ſuaſit oratione pulcherrima: Gylippus verò Laconum Imp. implacabili in Athenienſes odio flagrans, captivos omnes, & imprimis duces, necandos cenſuit. Cujus oratione, permota turba, ſanxit Dioclis ſententiam. Quare duces illicò ad ſupplicium rapti, necantur: ſociique omnes in prædæ locum ducti, ſub haſta venduntur. Athenienſes poſt officinas lapidum diſtributi, tenebantur in vinculis ſub cuſtodia: quorum poſt magna pars, quicumque videlicet diſciplina, arteque aliqua præditi fuiſſent, liberantur, inde exempti ab adoleſcentibus. Reliqui fermè omnes in vinculis, & carcere terram laborioſè vitam ſuſtentantes, miſerè in- F
terire. *Diod. lib.*13.

Herennius Pontius, Samnitum Dux, ad furcas Caudinas duos conſulares exercitus incluſerat. Ad Patrem Cn. Pontium miſerat ſciſcitatum, Quid ſibi agendum putaret? Reſpondit ſenex, Incolumes cum ſuis ducib. exercitus mitrendos. Quod conſilium cùm vulgò diſplicuiſſet, ſecundò miſit ſciſcitatum. Tum ille, Romanos ad unum interficiendos. Anceps Herennius, patrem in caſtra plauſtro perduci curat, & cauſam tam diverſi conſilii explicare jubet. Tum ille, per ſummum beneficium cum pop. potentiſſimo pacem firmandam cenſeo. Id ſi diſplicet, per ſummum maleficium nervos illius amputare præſtat, ut ne facilè ad priſtinas vires redire queat. Media via nec amicos parabitis, nec hoſtes tolleris. Sed ſpreto conſilio patris, mediam amplexus viam Herennius, hoſtes ſub jugum miſit. Quod dedecus tandem patriæ exitio luit. *Sab. l.*5. *En.*4.

Arcibus occupandis.

Philippus Macedoniæ Rex Aratum Sicyonium Achæorum prætorem Meſſene è theatro duxerat Ithomatam ad ſacra Jo- G
vi facienda, & contemplandum locum. Eſt enim non ſecus atque Acrocorinthus munitus: ex quo, ſi præſidio firmatus ſit, multùm vexari accolæ poſſunt, atque eſt inexpugnabilis. Ut aſcendit eò, & ſacrificavit, exta bovis, quæ ei porrexit aruſpex, manibus ambabus excepta monſtravit Arato, & Phario Demetrio (qui pulſus è Pharo inſula oppoſita Illyrico aderat) protendens ea viciſſim ad utrumque, quæreniſque, quid in viſceribus animadverteret? teneret arcem ipſe, an redderet Meſſeniis? Ibi arridens Demetrius: Si aruſpicis, inquit, mentem habes, relinques hunc locum: ſin regis, tenebis ambobus cornib. bovem: ænigmate ſignificans Peloponneſum, ſi Acrocorintho adieciſſet Ithomatam, fore ei prorſus obnoxiam, & infractam. Diù obticuit Aratus Atorante Philippo, ut ſententiam ſuam expromeret: Multi, inquit, Philippe, & Cretæ ſolo, & vaſti montes, multæ & Bœotiæ, & Phocidis rupes exſurrexere. Sunt item in Arcadia multa, hinc terra, hinc ad mare, mirum in modum ſepta loca. Atqui nullum horum tenes, & ſunt tamen tibi dicto audientes omnes. Latrones enim nidulantur in pe- H
tris, & abruptis incubant. Regi nihil eſt fide, & benevolentia firmius, vel munitius. Hæ tibi pelagus pandunt Creticum, hæ Peloponneſum, his ſubſidiis iſta ætate horum Dux, illorum jam evaſiſti Dominus. Nondum finierat, cùm exta Philippus aruſpici tradit, atque illum manu trahens: Huc igitur, inquit, eadem pergamus via: quaſi expugnatus ab illo, & oppido iſto ſpoliatus. *Plut. in Arato, & Strabo l.*8. *& Polyb. lib.*7.

Urbe evertenda.

Anno ab urbe condita DC. cùm legati Rom. qui Carthaginem iverant, renunciaſſent, ingentem ſe navalis materiæ vim Carthagine inveniſſe: conſultatum eſt in ſenatu de bello Carthagini ex ſuſpicione inferendo. M. Cato cenſorius, ut ſecurus aliquando tandem viveret pop. Rom. non modò bellum Carthagini faciendum eſſe cenſebat, ſed omninò exſcindendũ terrorem. P. Scipio Naſica, nolebat nimio otio pop. Rom. luxuriari, & diffluere: volebat aliquid eſſe, quod velut frenum eſſet effuſæ multorum virorum libidini: ideò non modò non eſſe delen-

delendam Carthaginem, sed ne bellum quidem sine legitima,
A & magna causa inferendum ducebat. *Livius.*

A Venetis, & Francis, pulso Murziphlo, & Alexio tyrannis, anno Sal. MCCIV. pridie Idus Aprilis, Bizantium receptum est. Duces Latini de summa rerum consultabant. Victoria nobilissima parta, non evertenda urbs nobilissima visa, quæ felicissimo loco, opportunissimoque coercere Barbaras gentes posset: imperio potius, legibusque Latinis firmanda, ac assuefacienda, ut Romanum Pontificem agnosceret parentem generis humani. Erant, qui suaderent, unum oportere esse nominis Christiani Imperium, ut unum Pontificem Maximum. Id jus, temporaque postulare. Isaaci justi, legitimique Græcorum Augusti filiam Irenen, Augustam Latinorum esse, ad quam leges paternam hæreditatem, summamque rei Græcæ deferrent, quòd una reliqua illius soboles foret. Philippum Imp. virum ejus fuisse hujus belli auctorem: eundem Francisci nominis amantissimum, nec à Venetis alienum. Majori Ducum parti visa est res Græca præsenti Augustæ majestatis moderatore indigere, qui ex propinquo ferre opem Latinis sacro bello posset. Hæc vicit sententia. Itaque Balduinus Flandriæ Comes Imp. creatus. *Æmil.*
B *lib.6.*

Francisco I. Gallis imperante, Mediolanensi expeditione suscepta. Multis Mediolanum funditùs evertendum suadentibùs, Antonius à Prato Cancellarius Momi consilium secutus: Minimè verò illud rectè, inquit. Quin potiùs uti pharmaco vitiosi è corpore pelluntur humores, ita bello Mediolanensi Gallia ab improborum fæce purgabitur. *Ægid. Corrozetus de Dictis, & factis memorab.*

VITIORUM PRUDENTIÆ CONTRARIORUM CERTAMINA.

ASTUTIÆ, CALLIDITATIS.

☞ *Vide Loco proprio de Astutia.*

STULTITIÆ.

☞ *Quicquid delirant reges (inter se pugnando) plectuntur Achivi: inquit ille. Ipsæ docent historiæ, non pauciora bella ex Principum stultitia, quàm ex legitima inimicitia ortum duxisse.*

FRUCTUS, PRÆMIUM INTELLIGENTIÆ PRACTICÆ.

Ex seq. Locis Titulus hic illustravi potest, quatenus Prudentiam, Astutiam, Stultitiam vel digna, vel indigna
C *comitantur præmia.*

PRUDENTIÆ FRUCTUS

Dignus.

☞ *Vide Tit. Prudentiæ habiti honores.*

Phryne meretrix, cùm è Praxitele optionem habuisset eligendæ statuæ omnium quas haberet pulcherrimæ, nec tamen, quænam illa esset, explicari posset: Praxiteli bene poto nunciari jussit, officinam ejus conflagrasse. Hic permotus Praxiteles, Salvusne esset Cupido, percontatus est. Dictum imprudenti exciderat. Phryne verò operis præstantia cognita, Cupidinem petiit, & abstulit. *Pausan. lib.1.*

Indignus.

☞ *Huc ii, quibus pro bono consilio mala repensa fuit gratia.*

ASTUTIÆ VEL

Dignus.

☞ *Vide Tit. Calliditatis pœna justa. Tyrannidis astutè occupatæ pœnam legimus.*
D

Indignus.

☞ *Huc ii, qui astu, & dolo ad Tyrannidem, & Opulentiam pervenere.*

STULTITIÆ FRUCTUS

Dignus.

Propter stultos Paridis amores, quos stulti Trojani, Helenæ forma dementati, fovere, Troja periit, ipsa quinetiam, ut *Horat.* ait:

Græcia Barbariæ lento collisa duello est.

Indignus.

Athenienſium stultitia popularis Comicorum insectatione nota est: & eadem tamen, bene fortunante Minerva, felicem sunt consecuta persæpe exitum.

☞ *Vide Tit. Populi stulti.*

PRUDENTIÆ CULTUS.

IN ALIIS.

Quidam Indus cùm potiretur saxo, quod inexsuperabile habebatur, in deditionem se cum saxo, & copiis suis permisit Alexandro Magno. Hunc præfecit illis, adiecitque regionem docens, sapere videri sibi hominem, qui viro E
se bono permittere quàm munito loco maluisset. *Plut. in Apophth.*

Ut Porus à conflictu rogatus ab eodem, quemadmodum de ipso esset statuturus: Regaliter, inquit. Insuper requisitus, Nunquid præterea? Omnia, inquit, in verbo regaliter insunt, Admiratus tum prudentiam viri, tum virtutem, latiorem regionem illi, ea, quam anteà possederat, adjecit. *Plut. in Reg. Apophth.*

IN SEIPSIS STUDIUM IN DELIBERANDO, Judicando.

Salomon, mortuo patre Davide, duodecim annorum regnum iniit. Et Gabaonem profectus, mille victimas in ara ærea, quam Moyses extruxerat, immolavit. Ob id Domino acceptus, in somnis jussus est petere quicquid vellet. Salomon dormiens non divitias, non regni incrementum, non vitam longævam, sed sapientiam petiit, ut populum rectè posset regere. Deus vicissim & sapientiam sese datum, & cætera omnia bona, quæ externa vocantur, adiecturum promisit. Somnium ipsum eventus confirmavit. *3. Reg.3.*

De Ungarorum moribus in hunc modum *Otho Frinsingensis* scribit: Sunt Ungari facie tetri, profundis oculis, statura humiles, moribus, & lingua barbari, & feroces, ut jure fortuna culpanda, vel potiùs divina patientia sit admiranda, F
quæ, ne dicam hominibus, sed talibus hominum monstris tam delectabilem exposuit terram. In hoc tamen Græcorum imitantur solertiam, quòd nullam rem magnam sine crebra, & longa consultatione aggrediuntur.

DE PRUDENTIA EXTRA BELLUM, INVENIENTE, CONSULENTE.

Inventio *consilii βουλευτικὴ sive consulatio, Consilium ipsum βουλὴ dicitur, tanquam effectus consultationis. In consultando autem cùm plura occurrant, cùmque inter ea id, quod judicamus optimum esse, eligamus: Judicium certè occultum, & internum in consultatione locum habebit, licèt à consilio, tanquam ab effectu, & sine species ista Prudentiæ nomen accipiat. Βουλευτικὴ igitur Prudentia respectu finis κρατικὴ est: at per accidens ratione scilicet eorum, quæ ad finem tendunt, quæque sub discursum, & ratiocinationem, bonum à malo separantem, cadunt, κριτικὴ videri potest. Et propterea mirum esse non debet, eadem exempla interdum utrique loco accommodari posse. Quicunque enim de aliorum, suisve rebus rectè judicaverit, idem rectius, & sibi, & aliis consulere poterit. Est igitur quando κατ' ἐξοχὴν modò Inventionis, modò Judicii ratio habetur: est quando utriusque simul: sic ut ad utrumque locum idem referatur exemplum.*

PRUDENTIA EXTRA BELLUM CONSIDERATA secundùm PERSONAS, Nempe quoad eos, QUI INVENIUNT, CONSULUNT.

☞ *Horum ex generali Prudentium recensione facta petantur exempla*

QUIBUS, SIVE PRO QUIBUS.

Respublicis liberis.

Aristophanes in comœdia introduxit remissum ab infertis Athenienſem Periclem, vaticinantem. Non oportere in urbe nutriri leonem: sin autem sit altius, obsequi ei convenire. Monens, ut præcipuæ nobilitatis, & concitati ingenii juvenes H
refrænentur: nimio verò favore, ac profusa indulgentia pasti, quò minus potentiam obtineant, ne impediantur, quòd stultum, & inutile sit eas obtrectare vires, quas ipse foveris. *Valer. Max. l.7.c.2.*

Harpagus Jonas prælio vicerat. Convenerant omnes ad Panionium. Illis Bias Prienæus saluberrimum dedit consilium: cui si paruissent, felicissimi vivere potuissent. Suasit enim, ut communi classe solventes Sardiniam peterent: ibidemque una quadam civitate omnium Jonum constructa, absque servitute liberi, feliciterque viverent: nimirum insulam inter omnes maximam habitaturi, aliisque imperaturi. Sin autem manerent in Jonia, nullam, inquit, sibi apparere libertatis spem. Hæc Biantis sententia ipsis Jonibus jam periclitantibus data fuit. Sanum quoque Thaletis Milevii, qui à majoribus Phœnix erat genere, consilium fuit, jam ante subactam Joniam datum. Justit enim Jonas unam quandam communem curiam habere, eamque esse in Tejo, propterea quòd Tejos in media esset Jonia. Alias autem civitates habitatas nihilominus huic paritu-

parituras, quàm aliarum civitatum tribus legibus parerent.
A *Herod. lib.1.*

Pyrrhus Rex, cùm Athenas venisset, & ingressus arcem Palladis, rem divinam fecisset, eodem die descendens ex arce, collauduit quidem Athenienſium erga se fiduciam: cæterùm admonuit, si saperent, ne posthac cuiquam Regum portas aperirent. Significans, omnibus Regibus natura invisam popuI libertatem. *Eras. l.4. Apoph. ex Plut.*

Meton Tarentinus, quo die decretum de Pyrrho Rege Epirotarum vocando fciri per populum Tarentinum debebat, & multitudo in concione federet: accepta corona, & lampade quasi ebrius, tibicine ducente, ludibundus in concionem pervenit: &, ut sit in turba populari, aliis applaudentibus, aliis ridentibus, utque procederet in medium invitantibus, processit ille, & quasi cantaturus astitit. Sed ubi silentium nactus est: Viri, inquit, Tarentini benefaciitis, quòd jocari, & ludere volentibus, dum licet, permittitis: antequam Pyrrhus adveniat, libertatem vobis erepturus, Nec fuit mendax. Nam quam primum advenit Pyrrhus, ludis, & tripudiis Tarentinis interdixit. *Bruson. l.3.c.32.*

Veneti dum servitutis metu, aliena virtute quàm sua, terrestri in bello uti longè utilius, & tutius putant, togati omnes
B per octingentos ampliùs annos Rempublicam nullis ferè intestinis seditionibus exagitatam, administrarunt. Cæterùm ipsa nobilitas totius maritimi negotii, & navalis disciplinæ munera gnaviter implet, exutisque togis arma desumit. *Jovius l.1. Historiarum.*

Episcopis, Sacerdotibus.

Senex quidam, inquit D. Hieronymus, eremi cultor, & Spiritu Sancto plenus, nepotem suum querentem, utrùm Episcopus electus munus accipere deberet, super disco satis altè à terra erecto diii fecit volutari. Cùmque ille postremò casum se timere dixisset, jussit, ut descenderet, atque itidem super latam mollioris soli planiciem sese agitaret. Ex multa volutatione sudanti, ac defesso: Surge, inquit, & jam facere perge, quod tibi tutius factu putas. Itaque edoctus de præeminentiæ periculo juvenis, electioni renunciavit. Juvenem vita defunctum seni apparuisse ferunt, & post quam gratias egisset, dixisse: Scio, quia nunc essem de numero damnatorum, si fuissem de numero Episcoporum. *Marul. 1.c.5.*

Principibus.

C

Cùm Moyses in desertis ad montem Sina populo jus redderet sedens, eique populus à manè ad vesperam astaret: Jethro socer ejus Madianitarum pontifex, qui ad Moysen officii causa venerat, eum monuit, ut cùm solus tot negotiis sufficere non posset, eligeret ex omni populo viros fortes, pios, fideles, avaritiæ inimicos, quos tribunos faceret, centuriones, decuriones, qui populo jus dicerent: res graviores ad Moysem deferrent, qui Dei oraculis tantùm vacaret. Soceri consilium secutus Moyses est, eumque in patriam dimisit, *Exod.* 18.

Philippus Macedo Alexandro filio subjecit, ut ad conciliandas sibi vulgi vires blandiretur Macedonibus, quamdiù esse regnante alio liceret humanum. Consulebat, ut pollentium in civitatibus pararet amicitiam, tam malorum quàm proborum; inde his uteretur, illis abuteretur. *Plut. in Reg. Apophthog. & Politicis.*

Calanum Gymnosophistam referunt exemplum imperii Alexandro Magno ob oculos posuisse. Corium in medium conjecit, siccum, & retorridum, cujus oram calcavit. Id
D uno loco pressum, cæteris partibus extulit se. Idem circulans undique, & pedibus stringens, in quaque parte ostendit evenire: quoad medium pedibus occupavit, tunc omnes partes quievere. Ea imagine significavit, media regni maximè premenda, neque procul ab iis vagandum Alexandro esse. *Plut. in Alexandro.*

Apollonius Tyaneus Vespasianum Imperat. ita hortabatur, Quæ ad imperium attinent, tanquam Rex administra: quæ ad corpus, tanquam privatus. *Philostratus.*

Ludovicus XI. gravi bello à Carolo fratre natu minore, qui cum Carolo Burgundo, & Francisco Britanno fœdus percusserat, pressus, licèt omnium Regum callidissimus haberetur: Francisci Sforciæ Mediolanensium Ducis consilio usus, tempori cessit, & quasvis graves, durasque pacis conditiones suscepit: æquiore animo dignitatis, quàm regni jacturam ferre debere persuasus, donec fœderis inani specie elusos, disiectis, ac dissipatis eorum viribus hostes opprimeret. *Brutus l.1. Hist. Florent.*

Ludovicus XI. Carolo IIX. Delphino filio consilium dedit, ne antiquos magistratus, amicos, familiares, ministros com- E
mutaret. Hoc enim sibi perquàm incommodè accidisse. *Auctor Chronici.*

Carolus V. Imp. cùm Neapolim venisset, fama Augustini Niphi Suessani, summi ea ætate philosophi (cujus eruditi in Arist. plerosque libros extant commentarii) motus, eum ad se venire jussit, & inter alia, cùm, Qua ratione princeps optimè regnum administraturus sit, interrogasset: respondit Niphus, Si tales, qualem tu me esse putas, Imperator, consiliatios, & administros habuerit. Respondsi acumen admiratus Carolus encomiis ornatum à se dimisit.

Judicibus.

Amasis Ægyptius Rex, cùm Elieoses circa Olympiorum certamen occupati, legatis ad eum missis petiissent consilium, quo maximè id certamen justè fieret: Si Elienſis certaret, respondit, *Diodor. Sic. lib. de rebus antiq.* At *Herod. l.3.* hoc tribuit Psammi filio Psammetichi. ☞ *Vide Tit. Judicium urbanum prudens extra forum.*

Tres nebulones interversis patroni mercibus, Senas confugerant, & trapezitæ ad octo millia aureorum commisserant, quos non nisi præsentibus tribus, cùm vellent, nu- F
meraret. Unus illorum socios pecunia omni exuere studens, trapezitam adit, & de emendo prædio consilium suos cepisse ait: Hinc socios monet (quos animi causa rus profecturos summo mane sciebat) opus esse LXX. aureis in communes expensas. Illi cùm tempore urgerentur manè trapezitam offendunt, & pecunias socio tertio depromere jubent, de LXX. intelligentes: cùm trapezita de tota summa intelligeret. Accepta omni pecunia, profugit ille. Socii duo redeunt, in jus trahunt trapezitam, qui contra pacta socio tertio, ipsis non præsentibus numeraset pecuniam. Pendebat ille miser animi, & modò non desperabat, duabus jam sententiis inferior, cùm Arlottus plebanus Florentinus, homo facetissimus, & ingeniosissimus supervenit, & librum rationum coram judicibus prælegi curavit, in hæc verba: Octo millia non nisi tribus istis, à quibus deposita essent, reddi debere, hinc ad judices conversus: Nulla, inquit, mora erit Trapezita hic amicus meus summam; quam petunt, totam quam tertio priùs numeravit, iterùm numerare paratus est, si modò tres simul compareant, quemadmodum ex pacto comparere debent. Hæc argutia à nullo ante Jurisconſ. animadversa, & G
laudem Arlotto, & trapezitæ liberationem peperit. *Auctor vitæ.* Nisi fabula est, vel imitatus est, quod fando legendove acceperat, Demosth. exemplum: vel certè bonitate ingenii per se ipse invenit.

Legatis.

Plutarchus, juvenis etiamnum in legationem cum alio ad Proconsulem missus: cùm ille casu quodam restitisset in itinere, solus convenit proconsulem, & negotium transegit. Ut jam reversus domum erat, renunciaturus legationem, exsurgens Pater, seorsum præcepit ei, ne diceret, Discessi, sed Discessimus: neque Dixi, sed Diximus: reliquaque cum collega participans, & communicans ut referret. *Plut. in Polit.*

Civibus.

Lycurgus quærentibus, Quare Syssitia instituisset, ut pauci cives simul seorsum ab aliis in armis discumberent, Ut, inquit, promptè edicta accipiant, & si quid novaverint, peccatum hæ- H
reat apud paucos, portioque cibi, & potus æqua sit: neque in poculentis, aut esculentis, immò nec in lecto, & supellectili, vel in re ulla alia, quicquam præcipui præ paupere habeat locuples. *Plut. in Apophthegmatibus.*

Subditis.

Narrant, Philippum Burgundiæ principem, cùm mutato habitu, Quid de se vulgò jactaretur? inquireret, compotori in caupona consuluisse, ut ne unquam de Principibus verba faceret. Nam si laudaret, mentitur: sin vituperaret, periclitaretur: *Ludov. Vives de Concordia, & Discordia l.1.*

Senibus.

Cato major senes monebat, ne ætati per se turpi adjungerent à vitio turpitudinem. *Plut. in Apoph.*

Potentibus Opulentis.

Cato major monuit potentes, ut cohiberent potentiam; si ea perpetuò fruit vellent. *Plut. in Apophthegmatibus.*

Pocillatoribus.

Agesilaus, in compotatione magister convivii sorte creatus, cùm requisisset ex eo pocillator. Quantum cuique vivi mini-

ministraret? Si multum: inſit, vini ſuppeditat, quantum quiſ-
A que petit: ſi parum, ex æquo omnibus. *Plut. in Apoph.*

CONTRA QUOS. PRUDENTIA. contra TYRANNOS, TYRANNIDEM, *Avertere, Prævenire.*

Temperata per Lycurgum Reip. procuratione, cùm adhuc tamen, qui ei ſucceſſerunt, nimiam, & validam paucorum potentiam animadverterent luxuriari, & ferocire: tanquam frænum, ut ait Plato, injecerunt ei Lacedæmonii Ephororum auctoritatem, atque infra Lycurgum, annis circiter triginta ſupra centum, primum Ephorum deſignaverunt Elatum, Rege Theopompo. Quem dicunt, cùm exprobraret ei uxor, quòd regnum filiis minus, quàm acceperiſſet, eſſet relicturus: immò reſpondiſſe, eò majus, quò diuturnius. Et nimirum abjecta enormitate cum inviſia devitavit ſcopulum, in quem Meſſeniorum, & Argivorum Reges apud ſuos cives impegerunt: qui frænum dominatus nihil remittere ad popularitatem voluerunt vel laxare. *Plut. in Lycurgo.*

B Summum præſidium eſſe oſtendit Demoſthenes adverſùs tyrannos civitatibus, diffidentiam. Hæc enim potiſſimùm animi pars qua fidem habemus, expoſita eſt circumventionibus. *Plut. in præceptis politicis.*

Syracuſiis à tyrannide Thraſybuli liberatis, non multò poſt Tyndarides quidam, inopes pleroſque ſuſtentans alimentis, ſibi maximè obnoxios fecerat, adeò ut occupandam tyrannidem fidos, ac promptos adjutores haberet. Re comperta, capitis damnatur. Clientes ejus, qui ab eo ali, & nutriri conſueverant, ſtipato agmine adoriuntur eos, à quibus abducebatur. Tumultu excitato, primores civium in unum conveniunt, eoſque rerum innovatores unà cum Tyndari raptos ad ſupplicia, necant. Cùm hæc perſæpè pericula emergere cœpiſſent, ac jam multos ambitio mortales, libidoque occupandæ tyrannidis indies ſtimularet: Syracuſanus populus Athenienſium inſtituta imitari, ac ſequi compulſus eſt, legemque ferre perſimilem, qualem illi de ſuffragiis olim, & Oſtraciſmo tulerant. Apud Athenienſes unumquemque civem oportebat nomen illius civis ὀστρακῷ, hoc eſt, teſtæ inſcribere, qui per opes, & potentiam tyrannidem arripere velle viſus fuiſſet. Apud Syracuſios verò in folio olivæ potentiſſimi cujuſque ci-
C vis nomen ſcribi jubebatur. Dinumeratis deinde hujuſmodi foliis, in quem plurima conſcripta comperiſſent, cum quinquennio exulare jubebant. Eo namque exilii ſpatio exiſtimabant plurimorum potentum repreſſum iri inſolentiam. Athenienſes Oſtraciſmum, & Exoſtraciſmum: Syracuſii Petaliſmum, ἀπὸ τῶν πετάλων, vocarunt. Hæc lex per multum tempus ſervata apud Athenienſes valuit. Syracuſii brevi poſt eam abrogavere. Nam cùm initio potentiſſimus quiſque, & opulentiſſimus ea lege ex urbe pelleretur: cæteri ca lege perculſi, Republica relicta vitam privatam agere, & in otio ſecuram vitam degere maluere. Tum demùm deſtituta bonis viris, ac defenſoribus Republ. peſſimus quiſque, audaciſſimuſque ſibi magiſtratus depoſcere cœpit. Itaque ſeditionibus graviſſimis civitate laborante, Syracuſii legem Petaliſmi abrogarunt. *Diod. lib. 11. & Plut. in Ariſtide.*

Steſichorus Poeta Himereenſes ſiculos Phalaridem tyrannum Ducem eligere volentes: deterruit equi Apologo, qui ad debellandum cervum opem hominis imploravit, frænumque
D recepit. Ejus meminit *Ariſt. in Rhet. & Horat. l. 1. Epiſt.*

Cervus equum pugna melior communibus herbis
Pellebat. Donec minor in certamine longo
Imploravit opes hominis, frænumque recepit.
Sed poſtquam victor violens diſceſſit ab hoſte,
Non equitem dorſo, non frænum reppulit ore.

Hanno è Pœnorum clariſſimis, primus hominum, Leonem manu tractaſſe auſus, & manſuefactum populo Carthaginenſi oſtendiſſe traditur. Hoc certè argumento damnatus eſt: quoniam nihil non perſuaſurus vir tam artificis ingenii videbatur: & malè credi libertas ei, cui in tantum ceſſiſſet ipſa etiam feritas, tam ſuperbum, tam ſævum, tam crudele animal. *Val. Max. l. 8. c. 16.*

Beſſerſtein, arx munitiſſima Rauracorum ad Arolam ſita, ab Equite aurato ædificata eſt. Is cùm filios duos etiamnum impuberes ſeriò inter ſe colloquentes audiviſſet, poſt patris obitum ſe hac fede munitiſſima ad opprimendas vicinas regiones uſuros: ſupellectilem omnem ex arce deportari curavit, & filios ob tam nefaria conſilia verbis primùm ſeverè correptos, faces arci injiicere, & funditus exurere coegit, ne anſam tyrannidis illam haberent. Dignus certè, cujus nomen ob hoc fa-
E ctum memoriæ foret mandatum.

Galeacius Sforcia, Mediolanenſium Princeps, cùm per cauſam, ut ferebatur, voti diſſolvendi, Florentiam cum uxore veniret, regio apparatu, & penitus inſolito liberæ civitati, in qua ſumma parſimoniæ laus, & frugalitatis haberetur: Lucenſes advenientem magnificentiſſimè exceperunt, portam, qua in urbem erat invecturus, & turrim, quæ è portæ fornice in ingentem altitudinem perducebatur, demoliri: nomine, ut eo honore afficeretur, qui magnis regibus haberi conſueverat: reverà, quòd illis ambitio hominis ſuſpecta metum injeciſſet, ne turri occupata, loco arcis, ubi res ſuccederet, ad urbem expugnandam uteretur. *Brutus lib. 5. hiſt. Flor.*

Evertere, Tollere.

☞ *Ex Tit. Fortitudinis erga tyrannos, huc quædam.*

Aod, Geræ F. ſcæva erat, qui læva manu pro dextera utebatur. Is Iſraelitas liberavit ab Eglon Moabitarum Rege, cui octodecim annis ſervierant, hoc modo. Cùm munus Iſraelitarum nomine Eglon Regi offerret, ſicam ancipitem brevem
F ſub veſte occultavit. Et oblato munere, ſeſe divinum mandatum ad Regem habere dixit. Remotis ergo arbitris, cùm Rex de ſolio ſurrexiſſet, Aod ſica ventrem illius (erat autem valdè obeſus) capulo tenus tranſverberat, ita ut ſtercus erumperet. Mox clauſo cœnaculi oſtio, ipſe per ambulacrum elabitur. Eo egreſſo, cùm cuſtodes cœnaculi oſtium obſeratum animadverterent, Regem in conclavi cœnaculi alvum purgare arbitrabantur. Tandem pertæſi moræ, aperta janua humi confoſſum inveniunt. Aod verò fuga elapſus, ubi ad Seirath pervaſit, tubam in monte Ephreim ſonat, devocatiſque de monte Iſraelitis, Moabitarum circiter decem millia trucidavit, & ſubegit. Itaque pax fuit inter Iſraelitas ann. 80. *Judicum 3.*

Cùm multi ſubditorum Ariſtotimi tyrannidem fugientes in Ætoliam confugiſſent, miſſi ab Ætolis legati, ut exulibus ſuas neceſſitudines tyrannus remitteret. Annuere ille Ætolorum poſtulatis viſus eſt, liberiſque extortrium, & uxoribus poteſtatem fecit abeundi: inde urbem longo agmine egreſſos, precioſiſſima quæque ſecum aſportantes, rebus omnibus ſpoliatos in carcerem conjecit. Ibi tyranni juſſu pueri in matrum complexibus ſunt crudeliter interfecti, virgines ad ſtuprum raptæ. Hanc tyranni ſævitiam ulturus Helematus quidam fe-
G nex, & liberis orbus, fidiſſimos amicorum domùm vocat. Quos cùm ad libertatem ferro repetendam hortaretur, nec cives in ſententiam, tyranni metu traheret, clauſa domo ſe ad Ariſtotimum miſſurum interminatur, ut ad ſe tanquam ad conjurationem opprimendam accurreret. Quo metu illi adacti, in Helemati verba contra tyrannum jurant, eaque conſpiratione nefarius Ariſtotimi dominatus eſt extinctus. *Sabell. lib. 9. Enn. 4.*

Cùm à Spartanis occupata Cadmea, Archias tyrannus Thebanos premeret, exules Thebani nobiliſſimi, qui Athenis degebant, auctore Pelopida, tyrannos interficiendi, & patriam liberandi conſilium cepere, idque Charoni, Epaminondæ, & reliquis, qui in urbe manferant, communicavere. Athenis profecti cum lacernulis duodecim numero, traxerunt ſecum canes venaticos, & varos ferebant, ne cui in via ſuſpicionem moverent, ſed venari, & vagari alias viderentur. Hinc veſtitu aſſumpto ruſticano, diſpertiti alii alia parte urbem luce adhuc occultè ingreſſi ſunt. Ventus nivem
H effundebat, incipiente ſe convertere cœlo: quo magis tecti fuere, quòd plerique procellæ cauſa recepiſſent ſe domum. Quibus autem cura incumbebat, quid ageretur, cognoſcendi, hi illos exceperunt ex itinere, & conſeſtim domum deduxerunt ad Charonem. Fuerunt cum exulibus duodequinquaginta. Scribas Philidas, qui conſiliorum exulum erat particeps, adiuvabat conatus eorum. Hic multò antè in cum diem oſtenderat Archiæ, & Philippo compotationem, & convivium, & mulieres nuptas: in eoque erat, ut quàm maximè luxu, & vino confectum præberet ad cædem inſidiatoribus. Non admodum merſo crapula Archię indicium delatum eſt obſcurum, occultari in urbe exules. Miſit ergo apparitorem Archias ad Charonem Thebanorum nobiliſſ. qui cum confeſtim accerſeret. Sed is incerto tantùm rumore nitentem facilè è ſuſpicione deduxit, Philidas interim abduxit Archiam, rurſuſque multo vino immerſit, ac compotationem illa de mulieribus ſpe traduxit. Cùm jam matura res videretur, è Charonis ædibus bipertitò eruperunt, Pelopidas, & Damoclidas in Leonti-

Leontidam, & Hypatem, qui vicinas ædes habebant: Charon
A & Melon in Archiam, & Philippum, induèta thoracibus veſte muliebri, atque ad inumbrandam faciem denſis coronis redimiti abiegnis, & piceis. His confectis, ſignificaverunt rem in Attica exulibus, cives ad libertatem vocaverunt, eoſque qui ſe aggregaverant ipſis, detractis à porticibus ſpoliis, & ergaſtulis, quæ erant circà domum Charonis, ubi haſtæ, & gladii parabantur, ruptis, armaverunt. Auxilio eis armati venerunt Epaminondas, & Gorgidas, qui non contemnendam ex flore juventutis, & ſenum optimorum centuriam verant manum. Poſteaquam adventarunt exules, Pelopidas cum Melone, & Charone creatus Bœotarches, extemplò circumvallavit, & corona oppugnavit Cadmiam arcem, quam M. D. præſidio Lacedæmonii tenebant: eamque priùs recepit, quàm ex Sparta ſuperveniret exercitus. Hac ratione Pelopidas Thebas à tyrannide liberavit, & Spartam ſimul tera, marique exuit imperio. *Probus in Pelopida, & Plut. de Sacr. dæmon.*

Cleomenes Leonidæ F. de Achæis victor, cùm jam diù Ephororum inſolentiam tollere, & Spartam ad veterem æqualitatem à Lycurgo inſtitutam reducere vellet: Lacedæ-
B monios ex prælio, & itinere feſſos in Arcadia reliquit. Mercenarium autem militem ſecum trahens, Spartam contendit, atque in itinere illis, quos maximè fidos ſibi credebat, aperuit conſilium ſuum. Lento agmine progrediebatur, ut cœnantes occuparet Ephoros. Ut propè urbem venit, Euryclidam præmiſit ad convivium Ephororum, quaſi certa mandata ab ipſo haberet ad cos de bello. Hunc ſubſecuti ſunt Thericion, Phœbiſque, & duo, qui cùm Cleomene fuerant educati, quos Samothracas vocabant, cum modica militum manu. Fli, colloquente adhuc cum Ephoris Euryclida, diſtrictis irrumpentes gladiis conciderunt eos. Cleomenes, ubi diluxit, proſcripſit octoginta cives, quos ſolùm vertere imperavit, & Ephororum ſellas ſuſtulit, dempta una, qua ſedens jus dicturus erat. Hinc advocata concione excuſavit acta, ſimulque patrimonium ſuum primus in medio poſuit, inde Megiſtonus vitricus ejus, & cæterorum quiſque, tum reliqui cives cuncti. Diviſus ager eſt: Sortes etiam cuique eorum, quos exegerat in exilium, attribuit: revocaturumque omnes ſe rebus pacatis oſtendit. Suppleta ex optimis finitimis civitate, effecit peditum quatuor millia, quos ubi docuit pro lancea fariſſam ambabus manibus tractare, & clypeum ferreamento non appenſum: ad juventutem formandam convertit ani-
C mum, & ad diſciplinam Laconicam: qua fermè in omni re conſtituenda præſens Sphærus philoſophus fuit adjutor. Citò ordinem, exercitationes, & convivia convenientem receperunt: redactique ſunt in generoſam illam, & Laconicam vitam pauci neceſſitate, plerique ſponte. Ne nomen tamen quenquam offenderet dominatus, ſemper ſibi cooptavit fratrem Euclydam, ac tunc ſolùm habuerunt Spartiatæ una ex domo duos reges. *Plut. in Cleomene.*

Hippia tyrannidem Athenis obtinente, & infenſo eis propter cædem Hipparchi fratris à Gephyræis peractam, Alcmæonidæ, qui genere ſunt Athenienſes, profugi patria propter Piſiſtratidas, quoniam ipſis unà cum cæteris exulibus res de redeundo tentata, omni ope fruſtrata fuit, conatique Athenas revertendo liberare, vehementer deciderant: Lipſydrium ſuper Pæoniam communierunt. Dehinc omnia adverſùs Piſiſtratidas comminiſcendo, mercede conduxerunt ab Amphictyonibus templum Delphis ædificandum: & cùm bene nummati eſſent, extruxerunt templù exemplari pulcrius.
D Deinde auctore Cliſthene, qui poſteà rerum potitus eſt Athenis, Pythiam pecunia perſuaſerunt, ut quoties viri Spartiatæ venirent ſive privato, ſive publico agmine petentes oraculum, proponeret ipſis liberare Athenas. Lacedæmonii poſtquam ſibi idem ſemper diceretur, religione moti mittunt Anchimolium Aſteris F. cum exercitu, ad expellendos Athenis Piſiſtratidas, tametſi hoſpites ſuos, & in primis amicos. Anchimolius ad Phalerum expoſitis copiis à Piſiſtratidis cæſus eſt. Non multò poſt Cleomenes miſſus Athenas cepit. *Herod. lib. 5.*

Learchus Arceſilai Cyrenæorum tyranni amicus, cùm qui oraculum adjeciſſet tyrannidi, Cyrenæorum primores exterminans, vel interficiens, in Arceſilaum cauſam coniiciebat: denique morbo tabifico, & gravi illum propinato lepore marino implicatum necavit. Ipſe cum imperio erat quaſi filii ejus Batti tutor: at puer, quòd claudus eſſet, & immatura ætate, contemnebatur. Matri adhærebant plerique. Erat enim nobileſta, & benigna, multoſque amicos, & potentes habebat. Quare eam colebat etiam Laarchus, ejuſque nuptias ambiebat: Battum oſtendebat adoptaturum ſe contractis nuptiis,
E & conſortem regni facturum. Eryxo (id nomen fuit mulieri) re cum fratribus deliberata, Laarcho, velut nuptiæ ſibi placerent, juſſit, ut illos appellaret. Ut fratres convenit Laarchus, ac rem illi de induſtria producunt, & extrahunt: mandat ei per ancillam Eryxo, fratres, qui nunc adverſentur, ubi concubuerint, non ultra rejecturos, ſed aſſenſuros: conſulere, ut nocte, ſi videatur, ad ſe accedat: eo facto initio, reliqua rectè fore. Erant hæc Laarcho jucunda, atque ob eam mulieris in ſe comitatem exultans, quando illa juberet, ad eam pergere conſtituit. Hæc ſtruebat Eryxo cum fratre natu maximo Polyarcho. Statuto ad congreſſum tempore, Polyarchus duos ſecum ducens gladiis accinctos juvenes, qui patris necem perſecuturi erant nuper ab Laarcho interemti, in cubiculum ſororis clàm intromiſſus eſt, Accitus ab Eryxo ille, remotis ſatellitibus eſt ingreſſus. Ibi adoleſcentes in hunc coorti, gladiis cum occiderunt, corpus exanimum trans mœnia projecerunt, Battum in medium produxerunt, ac parentis loco deſignarunt regem. Sic priſtinam reip. formam Polyarchus Cyrenæis reddidit. *Plut. de Virt. mul.*

Tempore Mithridatis regis, Nicocrates oppreſſis tyranni-
F de Cyrenæis, cùm alios multos interemit, tum facerdote Apollinis ſua interfecto manu Menalippo invaſit ſacerdotium. Adhæc Aretaphilæ virum Phædinum necavit: quàm ſibi matrimonio junxit invitam. Supra ſexcenta alia ſcelera cuſtodes ad portas diſpoſuit, qui exanima corpora, quæ efferebantur, ne quis civis pro mortuo clàm exportaretur, enſibus pungendo, & cauteria imprimendo fuggillabant. Cædes aliæ ſuper alias cumulabantur civium: exules inopes planè, & metu ſuſpenſi diſſipati erant. Unam igitur ſpem Aretaphila reip. ſeipſam propoſuit. Sed cùm fidis & familiaribus, quales illi fortuna conciliaverat, deficeretur, veneno tollere ſtatuit virum. Dum id ſtruit & parat, dum multorum experitur efficaciam, detecta, & delata fuit. Cùm indiciis premeretur: Nicocratis mater Calbia, truculento mulier ingenio, & implacabili, extemplò Aretaphilam probris afficiendam, & de medio cenſuit tollendam. Iram Nicocratis amor morabatur, & mollicbat. Ergo medicamentum confeſſa eſt paraſſe quidem, cæterum non noxium, & amatorium, contra inſidias pellicum. Cùm tormenta adhiberentur, Calbia quæſtioni immota, & rigida aſtante, Aretaphila tanto in periculo invictam ſe præſtitit: donec & Calbiam ſatietas invitam cepit. Nicocrates, cùm ei eſſet ſatisfactum, hanc noxa ſolvit, pœnitentiaque
G ductus, quòd eam torſiſſet, non longò interpoſito intervallo rediit amore compulſus ad priorem conſuetudinem, iterumque cum ea concubuit, honoribus, & blanditiis benevolentiam etiam reconcilians. Illa juncta cum honeſti ſtudio pervicacia, alia vi cum eſt aggreſſa. Filiam habebat jam nubilem, & forma honeſta. Hanc objecit Leandro tyranni fratri eſcam. Edocta à matre puella, perſuaſit ei, ut civitatem in libertatem vindicaret. Nam ne ipſum quidem, ſub tyranno qui viveret, liberum eſſe, neque in ipſius eſſe poteſtate, vel nuptias conciliare, vel retinere. Amici quoque in Aretaphilæ gratiam ſemper materiam aliquam ei adverſùs fratrem prębebant querelarum, & ſuſpicionum. Itaque ſervi, quem induxerat, opera Nicocratem interficit, & tyrannidem occupat. Aretaphila mutationem dominii indignè ferens, bello Africano eum implicuit, ſummiſſo dynaſte quodam Anabo, qui agrum popularetur, urbemque infeſto exercitu peteret. Deinde amicos, & duces apud Leandrum inſectabatur, quòd abhorrerent à bello, pacemque, & quietem præferrent, contrariam tyrannidi. Se arbitram, interpretemque offert pacis
H conciliandæ. Ipſa cum Afro in ſermonem venit: poſtulat, ut in congreſſu comprehendat tyrannum, in id ingentia præmia, & pecuniam oſtendit. Quòd cùm ſuſcepiſſet Afer, cunctabatur Leander primùm: poſt veritus Aretaphilam, quæ comitem ſe offerebat, inermis, & incuſtoditus perrexit. Ut propè fuit, & in conſpectu habuit Anabum, rurſus fluctuans animo ſatellites operiri volebat. Aretaphila præſens nunc confirmando hominem, nunc caſtigando, denique cùm res extraheretur, manu protrahendo, per quam ferociter, & conſtanter adduxit hunc ad barbarum, illique tradidit. Mox manus ei injecerunt, prehenderuntque, ac vinctum barbari cuſtodierunt, dum Aretaphilæ amici, ac reliqui cives cum pecunia adeſſent. Hi Calbiam vivam eremaverunt, Leandrum culeo inſutum ſubmerſerunt: decreverunt etiam, ut unà cum optimatibus Aretaphila magiſtratus capeſſeret, & remp. gereret. Illa, ut vidit redditam libertati civitatem, illico incluſit ſe gynæceo: texendoque reliquam vitam cum neceſſariis, & familiaribus, omni ambitione rejecta, traduxit quietam:

Domitianus Imp. oppressus est conspiratione uxoris, & A amicorum. Et quidem princeps facinoris aggrediendi Stephanus brevem gladiolum sinistro brachio occultans, manum tanquam fractam multis fasciis circumligavit. Inde Domitiano dixit: Opus est mihi secreto, ut novas atque incredibiles res percipias, datoque colloquio, tradidit libellum, ac legenti fustodit inguina, vulnere lethali quidem, sed quod per cruciatus, cum lentitudine illum conficeret, adjectis verbis inimicissimis. Domitianus autem, cùm esset robusto corpore primò vulnere nequaquam dejectus, apprehendit Stephanum, eique superincumbens eruere oculos nitebatur, faciemque aureo calice pertundens, ac auxilia à custodibus corporis implorans. Accurrerunt Clodianus Cornicularius, Parthenius, Maximus, & Saturius liberti & cubicularii, qui septem vulneribus saucium contrucidarunt. Tandem frustrà affuerunt servi, cum penè exanimatus esset. Sic periit Domitianus, anno ætatis XLV. Imperii 15. *Cuspinianus A. D.*

Sylvanus Agrippinæ purpuram sumpserat. Ea res eo ipso die Mediolanum nunciata est: conciliosque statim in regiam B secunda vigilia convocato, Constantius Imp. nuncium ad eum misit, ut accepto Ursicino successore cum potestate intacta rediret: credebat enim, Sylvanum nescire, ea sibi nota esse, quæ gesserat. Ursicinus licèt magna festinatione usus esset, tamen famam rerum Agrippinam præcessisse invenit. Itaque cùm nihil palàm tentaret, comiter à Sylvano exceptus est. Postridie verò Bracari, & Cornuti (ordinum militarium hæc nomina erant) clàm ab Ursicino solicitati, prima luce in regiam irrumpunt, ac Sylvanum extractum ædicula, in quam exanimatus confugerat, multis ictibus confodiunt. *Sigon. l. 6. Imp. occid.*

Insidiatores vitæ, Imperii prudenter Circumvenire.

Artabanus apud Xerxem regem Persarum, cùm plurimùm posset, illiusque custodiæ, ac militibus Prætorianis præficeretur: iniit tandem regis occidendi, regnique in se transferendi consilium. Ergo re communicata cum Mithridate quodam eunucho, clàm noctu istius opera intra cubiculum regium ingressus, Xerxem interficit: nec nô Artaxerxi filio persuadet, ut fratrem Darium majorem natu maturè aggrediatur, quem pa- C trem apud eum falsò occidisse accusat, ut citiùs regno potiretur. Artaxerxes deceptus, Darium interficit: parricidium parricidio vindicat. Tum ratus Artabanus præclarè sibi cœpta cõsilia succedere, rem septem filiis suis robustissimis aperit: hortatur ut simul omnes Artaxerxem, qui unus ex regiis filiis superest, feriant. Sed proditis insidiis, Artaxerxes timens Artabani numerum filiorum in posterum diem, paratum exercitum, armatumqjesse jubet, recogniturus & numerum militum, & in armis industriam singulorum. Itaq; cùm inter cæteros & ipse Artabanus armatus assisteret, rex simulat se breviorẽ loricam habere: jubet Artabanum secum commutare, exuentem se ac nudatù gladio traiicit: tum & filios ejus corripi jubet, ita præclarè, & cædem patris, & necem fratris, & se ab insidiis Artabani vindicavit. *P. Ærod. ex Diod. Sicul. l. 11. & Justino l. 3.*

A Cinadone insidias strui adversùs Agesilaum, atq; Rempub. Lacedæmoniorum, ad Ephoros delatum est. Igitur ab indice tota conjuratione perspecta, & ubi post diligentem inquisitionem vera sibi afferri existimarunt: censuere nõ parvum D concilium (quod appellabant) fed omnes seniores convocari oportere. Hi decreverunt, Cinadonem cum quibusdam vafidis junioribus Aulonem mittere, ut Aulonitas quosdam cum Helotis in Scytala descriptis, comprehenderet, & Lacedæmonem adduceret: inter quos & mulierem quandam, quæ cùm pulcherrima esset, Lacedæmonios omnes, qui illuc appulissẽt, corrumpere, ac pervertere dicebatur: item & tres currus Cinadoni dari, ne custodiæ pedibus iter facere cogerentur. Ita enim sine suspicione, ac sine tumultu, te cum iis ipsis, quos secum deduceret, ab Ephoris composita, extra urbem Cinadonem capi posse, illic satius esse rerum inconscios interrogari, quòd ii interim ignari quid de Cinadone accidisset, neq; in urbe seditionem agitarent, aut certè detecta conjuratione non aufugerent. Itaque Cinadon in itinere à suis ipsius comitibus comprehensus, conscios indicavit: quorum nomina cùm in urbem statim allata essent, jussi sunt apprehendi: inter quos fuit Tisamenus vates. Habita quæstione, cum Cinadon nihil non confessus esset, atque interrogatus, cur tantùm facinus molitus erat, nihil aliud respondisset, quàm voluisse se nulli Lacedæmonum concedere, sive opibus sive potentia: is, socijque manibus post tergum revinctis per civitatem undique traducti, atque flagris cæsi interfecti sunt. *P. Ærodius ex lib. 3. Xenophontis Polyen. l. 2*

Pisistratus Atheniensium tyrannus, simultate inter se, & filios orta, cùm sciret ea re inimicos lætari, & nova agitare consilia, in magno civium cœtu dixit. Se à filiis quædam exegisse, quæ bona esse arbitrabatur: & cùm duros, ut patri obsequerentur, invenisset, se tandem ne cum eis sine amore viveret, suam in filiorum voluntatem mutasse. Sapienter providit, ne ex domestica discordia tyranni, publica aliqua conspiratio contra se oriri posset. *Fulgos. lib. 7. c. 2. & Cælius lib. 29. c. 14.*

Milites, qui cum Eteonico duce Lacedæmoniorum in Chio relisti erant, cùm penuria cœpissent laborare, inierant tacita consilia, Chios, qui socii ac fœderati erant, cum bonis, ac facultatibus omnibus occupandi. Quibus hæc conjuratio placeret, ut sese invicem agnoscerent, singulos arundinem ferre manu, aut pilco convenerat. Eteonicus hujus rei certior factus, sapientissimè judicavit, non aperta vi agendum esse: quia magna esset frequentia conjuratorum, & sumptis armis periculum erat, ne Chii è fociis acerrimi hostes evaderent. Itaque hanc rationem secutus est. Quindecim assumptis militibus per urbem ambulando, qui primus ei arundinem habens obvius factus est, hunc protinùs obtruncari jussit: atque scisciitantibus, quam ob causam interfectus esset? nihil aliud responderi, quàm quòd gestasset arundinem. Ita factum est, ut reliqui factiosi arundinem continuò proicerent. Sed & Eteonicus convocatis Chiis, ac perpetuò militum dissimulata conjuratione, pecunias imperavit, quæ militibus ne quid novi molirentur, distribuerentur. Illi quamprimum paruere, & ita consultissimè unius supplicio, magnæ seditioni occursum est. *Xenophon. lib. 2. rerum Græcarum.*

Augustus, cùm jam quadragesimum excessisset annum, ageretque in Gallia, delatum est ad illum, L. Cinnam, adolescentem nobilem, ac Pompeii nepotem, insidias illi struere: dictum est, ubi, quando, & quomodo aggredi vellent: decreverant enim sacrificantem interficere. Dictabatur proscriptionis sententia. Sed Augusto interim varias edente voces, ingressa Livia uxor: Fac, inquit, quod medici solent, qui, ubi usitata remedia non profunt, tentant contraria: severitate nihil adhuc profecisti, ignosce. Cinna deprehensus vitæ tuæ nocere non potest, famæ tuæ prodesse potest. Protinus jussit accersiri solum ad colloquium: venienti alteram cathedram poni jussit. Hoc, inquit, Cinna, primum abs te peto, ne me loquentem interpelles: dabitur tibi loquendi G tempus. Hic commemoratis pluribus in Cinnam beneficiis, quòd servasset repertum in castris hostium, quòd patrimonium omne concessisset, quòd insuper ornasset sacerdotio: rogavit, quare putarit ipsum occidendum; Perturbato Cinna, sic finiit objurgationem: Vitam tibi, Cinna, iterùm do, priùs hosti, nunc insidiatori, ac parricidæ. Ex hodierno die inter nos incipiat amicitia: contendamus, utrùm ego meliori fide vitam tibi dederim, an tu mihi debeas. Et consulatum obtulit. Vis exitum? Cinnam habuit perpetuò amicissimum, solus illi fuit hæres, nullis ampliùs insidiis ab illo petitus est. *Suetonius in ejus vita.*

Vespasianus, cùm admoneretur ab amicis, ut caveret à Metio Pompusiano, quòd de hoc rumor increbuerat, fore ut aliquando regnaret: non solùm sibi non metuit ab illo, sed & consulem fecit. Id admirantibus amicis: Erit, inquit, olim memor tanti beneficii. *Erasm. lib. 8. Apophthegm.*

Brana Alexio, duce perfido, Isaacium Angelum Imp. Constantinopoli obsidente, ut illum imperio exueret: Imperator iis monachis, qui nudis pedibus incedunt, & humi H cubant, in palatium congregatis, Deo supplicabat, ut civile bellum propulsaret, nec alteri traderet Imperium: rem verò bellicam penitus negligebat, omni spe sua in armis spiritus collocata. Erat tum temporis in urbe Conradus Cæsar, Montisferrati Marchio. Is Imperatorem excitabat, monens, ne in mendicis omnem fiduciam collocaret, fed rei militaris etiam rationem haberet, & armatis phalangibus seditioso occurreret, nec dextris duntaxat armis religiosorum, sed finistris etiam militum hostes ulciscereturr. Quibus Conradi verbis socordia excussa, auxilia contraxit, Branamque aggressus, illustrem victoriam reportavit. *Nicetas lib. 1.*

Carolus IV. Rom. Imp. hominem, qui sibi necem parasset, ad se vocavit, eique aureos mille dono dedit, quibus nubilem filiam nuptui collocaret, ejus se misereri dicens, cui filia natu grandior domi clausa esset. Homo gratias egit regi, & ad conspiratores reversus: Nesciebam, inquit, Carolus qualis esset: nunc liberalem, & clementem principem ferire nullo pacto possum. *Æn. Syl. lib. 4. Com. de Alfonso.*

Cùm

Cùm Bajazetes II. Turc. Imp. jam grandævus, imperii onus A pertæsus id filio Achimati delegasset: Selimus minor natu, se præteritum dolens, in patrem arma sumit. Is militibus, ad reprimendam audacem filii impietatem, evocatis, Duces regii in quæ bona esse arbitrabatur: & cùm duros, ut patri obsequerentur, invenisset, se tandem ne cum eis sine amore viveret, suam in filiorum voluntatem mutasse. Sapienter providit, ne ex domestica discordia tyranni, publica aliqua conspiratio contra se oriri posset. *Fulgos. lib. 7. c. 2. & Cælius lib. 29. c. 14.*

Milites, qui cum Eteonico duce Lacedæmoniorum in Chio relisti erant, cùm penuria cœpissent laborare, inierant tacita consilia, Chios, qui socii ac fœderati erant, cum bonis, ac facultatibus omnibus occupandi. Quibus hæc conjuratio placeret, ut sese invicem agnoscerent, singulos arundinem ferre manu, aut pilco convenerat. Eteonicus hujus rei certior factus, sapientissimè judicavit, non aperta vi agendum esse: quia magna esset frequentia conjuratorum, & sumptis armis periculum erat, ne Chii è fociis acerrimi hostes evadere- B rent. Itaque hanc rationem secutus est. Quindecim assumptis militibus per urbem ambulando, qui primus ei arundinem habens obvius factus est, hunc protinùs obtruncari jussit: atque scisciitantibus, quam ob causam interfectus esset? nihil aliud responderi, quàm quòd gestasset arundinem. Ita factum est, ut reliqui factiosi arundinem continuò proicerent. Sed & Eteonicus convocatis Chiis, ac perpetuò militum dissimulata conjuratione, pecunias imperavit, quæ militibus ne quid novi molirentur, distribuerentur. Illi quamprimum paruere, & ita consultissimè unius supplicio, magnæ seditioni occursum est. *Xenophon. lib. 2. rerum Græcarum.*

Augustus, cùm jam quadragesimum excessisset annum, ageretque in Gallia, delatum est ad illum, L. Cinnam, adolescentem nobilem, ac Pompeii nepotem, insidias illi struere: dictum est, ubi, quando, & quomodo aggredi vellent: decreverant enim sacrificantem interficere. Dictabatur proscriptionis sententia. Sed Augusto interim varias edente voces, ingressa Livia uxor: Fac, inquit, quod medici solent, qui, ubi usitata remedia non profunt, tentant contraria: severitate nihil adhuc profecisti, ignosce. Cinna deprehensus vitæ tuæ nocere non potest, famæ tuæ prodesse potest. Protinus jussit accersiri solum ad colloquium: venienti alteram cathedram poni jussit. Hoc, inquit, Cinna, primum abs te peto, ne me loquentem interpelles: dabitur tibi loquendi G tempus. Hic commemoratis pluribus in Cinnam beneficiis, quòd servasset repertum in castris hostium, quòd patrimonium omne concessisset, quòd insuper ornasset sacerdotio: rogavit, quare putarit ipsum occidendum; Perturbato Cinna, sic finiit objurgationem: Vitam tibi, Cinna, iterùm do, priùs hosti, nunc insidiatori, ac parricidæ. Ex hodierno die inter nos incipiat amicitia: contendamus, utrùm ego meliori fide vitam tibi dederim, an tu mihi debeas. Et consulatum obtulit. Vis exitum? Cinnam habuit perpetuò amicissimum, solus illi fuit hæres, nullis ampliùs insidiis ab illo petitus est. *Suetonius in ejus vita.*

Vespasianus, cùm admoneretur ab amicis, ut caveret à Metio Pompusiano, quòd de hoc rumor increbuerat, fore ut aliquando regnaret: non solùm sibi non metuit ab illo, sed & consulem fecit. Id admirantibus amicis: Erit, inquit, olim memor tanti beneficii. *Erasm. lib. 8. Apophthegm.*

Brana Alexio, duce perfido, Isaacium Angelum Imp. Constantinopoli obsidente, ut illum imperio exueret: Imperator iis monachis, qui nudis pedibus incedunt, & humi H cubant, in palatium congregatis, Deo supplicabat, ut civile bellum propulsaret, nec alteri traderet Imperium: rem verò bellicam penitus negligebat, omni spe sua in armis spiritus collocata. Erat tum temporis in urbe Conradus Cæsar, Montisferrati Marchio. Is Imperatorem excitabat, monens, ne in mendicis omnem fiduciam collocaret, fed rei militaris etiam rationem haberet, & armatis phalangibus seditioso occurreret, nec dextris duntaxat armis religiosorum, sed finistris etiam militum hostes ulciscereturr. Quibus Conradi verbis socordia excussa, auxilia contraxit, Branamque aggressus, illustrem victoriam reportavit. *Nicetas lib. 1.*

Carolus IV. Rom. Imp. hominem, qui sibi necem parasset, ad se vocavit, eique aureos mille dono dedit, quibus nubilem filiam nuptui collocaret, ejus se misereri dicens, cui filia natu grandior domi clausa esset. Homo gratias egit regi, & ad conspiratores reversus: Nesciebam, inquit, Carolus qualis esset: nunc liberalem, & clementem principem ferire nullo pacto possum. *Æn. Syl. lib. 4. Com. de Alfonso.*

Cùm Bajazetes II. Turc. Imp. jam grandævus, imperii onus A pertæsus id filio Achimati delegasset: Selimus minor natu, se præteritum dolens, in patrem arma sumit. Is militibus, ad reprimendam audacem filii impietatem, evocatis, Duces regii in quæ bona esse arbitrabatur: & cùm duros, ut patri obsequerentur, invenisset, se tandem ne cum eis sine amore viveret, suam in filiorum voluntatem mutasse. Sapienter providit, ne ex domestica discordia tyranni, publica aliqua conspiratio contra se oriri posset. *Fulgos. lib. 7. c. 2. & Cælius lib. 29. c. 14.*

Milites, qui cum Eteonico duce Lacedæmoniorum in Chio relisti erant, cùm penuria cœpissent laborare, inierant tacita consilia, Chios, qui socii ac fœderati erant, cum bonis, ac facultatibus omnibus occupandi. Quibus hæc conjuratio placeret, ut sese invicem agnoscerent, singulos arundinem ferre manu, aut pilco convenerat. Eteonicus hujus rei certior factus, sapientissimè judicavit, non aperta vi agendum esse: quia magna esset frequentia conjuratorum, & sumptis armis periculum erat, ne Chii è fociis acerrimi hostes evadere- B rent. Itaque hanc rationem secutus est. Quindecim assumptis militibus per urbem ambulando, qui primus ei arundinem habens obvius factus est, hunc protinùs obtruncari jussit: atque scisciitantibus, quam ob causam interfectus esset? nihil aliud responderi, quàm quòd gestasset arundinem. Ita factum est, ut reliqui factiosi arundinem continuò proicerent. Sed & Eteonicus convocatis Chiis, ac perpetuò militum dissimulata conjuratione, pecunias imperavit, quæ militibus ne quid novi molirentur, distribuerentur. Illi quamprimum paruere, & ita consultissimè unius supplicio, magnæ seditioni occursum est. *Xenophon. lib. 2. rerum Græcarum.*

Augustus, cùm jam quadragesimum excessisset annum, ageretque in Gallia, delatum est ad illum, L. Cinnam, adolescentem nobilem, ac Pompeii nepotem, insidias illi struere: dictum est, ubi, quando, & quomodo aggredi vellent: decreverant enim sacrificantem interficere. Dictabatur proscriptionis sententia. Sed Augusto interim varias edente voces, ingressa Livia uxor: Fac, inquit, quod medici solent, qui, ubi usitata remedia non profunt, tentant contraria: severitate nihil adhuc profecisti, ignosce. Cinna deprehensus vitæ tuæ nocere non potest, famæ tuæ prodesse potest. Protinus jussit accersiri solum ad colloquium: venienti alteram cathedram poni jussit. Hoc, inquit, Cinna, primum abs te peto, ne me loquentem interpelles: dabitur tibi loquendi G tempus. Hic commemoratis pluribus in Cinnam beneficiis, quòd servasset repertum in castris hostium, quòd patrimonium omne concessisset, quòd insuper ornasset sacerdotio: rogavit, quare putarit ipsum occidendum; Perturbato Cinna, sic finiit objurgationem: Vitam tibi, Cinna, iterùm do, priùs hosti, nunc insidiatori, ac parricidæ. Ex hodierno die inter nos incipiat amicitia: contendamus, utrùm ego meliori fide vitam tibi dederim, an tu mihi debeas. Et consulatum obtulit. Vis exitum? Cinnam habuit perpetuò amicissimum, solus illi fuit hæres, nullis ampliùs insidiis ab illo petitus est. *Suetonius in ejus vita.*

Vespasianus, cùm admoneretur ab amicis, ut caveret à Metio Pompusiano, quòd de hoc rumor increbuerat, fore ut aliquando regnaret: non solùm sibi non metuit ab illo, sed & consulem fecit. Id admirantibus amicis: Erit, inquit, olim memor tanti beneficii. *Erasm. lib. 8. Apophthegm.*

Brana Alexio, duce perfido, Isaacium Angelum Imp. Constantinopoli obsidente, ut illum imperio exueret: Imperator iis monachis, qui nudis pedibus incedunt, & humi H cubant, in palatium congregatis, Deo supplicabat, ut civile bellum propulsaret, nec alteri traderet Imperium: rem verò bellicam penitus negligebat, omni spe sua in armis spiritus collocata. Erat tum temporis in urbe Conradus Cæsar, Montisferrati Marchio. Is Imperatorem excitabat, monens, ne in mendicis omnem fiduciam collocaret, fed rei militaris etiam rationem haberet, & armatis phalangibus seditioso occurreret, nec dextris duntaxat armis religiosorum, sed finistris etiam militum hostes ulciscereturr. Quibus Conradi verbis socordia excussa, auxilia contraxit, Branamque aggressus, illustrem victoriam reportavit. *Nicetas lib. 1.*

Carolus IV. Rom. Imp. hominem, qui sibi necem parasset, ad se vocavit, eique aureos mille dono dedit, quibus nubilem filiam nuptui collocaret, ejus se misereri dicens, cui filia natu grandior domi clausa esset. Homo gratias egit regi, & ad conspiratores reversus: Nesciebam, inquit, Carolus qualis esset: nunc liberalem, & clementem principem ferire nullo pacto possum. *Æn. Syl. lib. 4. Com. de Alfonso.*

Seditiosos.

Henricus VII. Anglorum rex, cùm assiduis rebellium insidiis regnum turbaretur, ut coerceret improbos, qui conspiratione non succedente, in diversa asyla se recipiebant, expectaturi dum melior facultas daretur: per literas, & legatos cum Alexandro VI. Pontifice egit, ut sua auctoritate omnes Anglos exules, religionis hostes decerneret, velut populi turbatores, concitatorèsque turbarum, & asyla non ampliùs eis B receptaculo fore, qui ex illis semel existent. Sic metu ignominiæ multi ad sanitatem redierunt, & qui in tuto erant, minùs ausi sunt se periculo obiicere. *Polyd. l. 26.*

Henricus VII. Anglorum rex, de conspiratione improborum certior factus, edicto tota Anglia divulgato, cunctis generatim, fontibus etiam capitalium rerum condemnatis, parci, poenamque remitti jussit. *Polyd. l. 26.*

Erphordiæ Thuringorum gravis erat tumultus populi contra Senatum. Rodulfus I. Cæsar indixit principibus conventum in eam urbem, tanquam ob publica imperii negotia. Aderant cum Imperatore Saltzburgensis, Magdeburgensis, Moguntinus, Archiepiscopi: Bambergensis, Halberstadensis, Hildesemensis, Episcopi: Saxoniæ, Brunsuici, Luneburgenses duces: marchiones & comites multi: jussit quoque cives non imparatos esse. Tandem evocavit tumultus auctores, ut causam dicerent in conspectu principum. Convicti, in medio foro gladio cæsi, senatui, & patribus auctoritas sua reddita. *Crantz. l. 8. Metrop. c. 43.*

Gedani circa an. Salut. 1458. bello Prussico contra fratres Teutonicos populus contra Senatum tumultuabatur. Erat C unus ferocior, cujus ductum plebs sequebatur. Eum sub honoris specie rogant, ut reipublicæ causa custos esset vicinæ arcis per aliquot dies, quòd viro fortissimo, & prudentissimo opus esset. Homo ambitiosus id cupidè amplectitur. Statuerunt interim sub capitis periculo (quod sciebant illum non servaturum) ne quis literas ab ordine allatas aperiret, sed senatui clausas perferret. Ille cùm accepisset litteras, aperuit. Ergo ubi constitit, illum prævaricatum esse in legem, hominem evocant, opus esse illius præsentia. Iterùm ille honori suo id delatum arbitratus venit. Accusatus damnatur capitis, priusquam resciret populares. Deinceps obsequentiorem habuere plebem, subducto homine tumultuoso, qui multitudini præstaret audaciam. *Crantz. l. 12. Vandal. c. 23.*

Permulti nobilium, non ferentes imperium ducis Glocestriæ, cui ad maturam ætatem regis Anglorum Henrici VI. regni commissa fuerat administratio, in publicam eum custodiam conjectum, laqueo strangularunt. Ejus cognati, & amici, miserrimo bello regnũ dilacerarunt, & Normanniæ recipiendę occasionem Gallis dederunt. Intereà populares ascito quo- D dam Henrico Hyberno, ac rebus præfecto gerendis, cùm ingenti exercitu Londinum contendunt: nobilitatem, quàm impensè exosam habebant, ulturi, regis copias fundunt. Londinum venientes, tres procerum deditos strangulant. Nihilominus urbis sequuta est direptio, ac cædes: Qui regni gubernationem habebant, spe impunitatis plebejos, & summæ insuper dignitatis Henricum laetare cœperunt. Plebeii securitate data ad sua redeunt. Henricus, à suis desertus, capitur, & capite mulctatur. Mox ad regni seditiones tollendas, per Cumbros & Northumbros Scotiam infestare sunt aggressi, ut extremo bello ad pacem populares revocarent. *H Boeth. l. 18.*

Sub Jacobo II. Scotorum rege, Gulielmus Douglas potentia inflatus, gubernatoris Alexandri Lcuyston, & Gulielmi Crichton Cancellarii auctoritate contempta, pro libidine omnia agere, facinorosos fovere solebat. Illi literis humaniter Comitem eum fratre Davide ad communem regni gubernationem Edimburgum invitant. Illic hospitaliter primùm excepti, cum plerique factionis suæ sociis, regiæ mensæ accumbentes inermes armata multitudine circumdantur, atque amotis epulis, taurinum illis caput apponitur, supplicii capitalis apud Scotos symbolum. Quo conspecto conturbatus Comes, exilire, atque effugere conabatur. Sed à satellitibus regiis comprehensi, & in campum arcis foribus adjacentem E deducti, capitali supplicio affecti sunt, an. Sal. 1440. Ferunt regem vix decennem, dum Comiti, ac fratri Davidi manus loris stringerentur, flevisse, supplicemque ab illis deprecatum esse supplicium: & ob id duriter à Cancellario objurgatum fuisse. *H. Boet. lib. 18.*

Sigismundus Imp. pacata Boemia, suspectam habens fidem aliquorum, quos facilè ad rebellionem redituros prævidebat: ad militiam Turcicã eduxit suspectos, ut qua fortitudine priùs in Christianos abusi essent, eadem nunc in Turcos uterentur. Hungari ea manu aucti, alacres ducunt in Turcos: magnamque in eos stragam peregerunt. Multi ex Boemis ibi perierunt, bono Imperatori instituto, ut vel vincentes, vel cæsi prodessent. *Crantzius lib. 12. Vandaliæ, c. 4.*

Martinus V. in Constantiensi concilio Pp. creatus, ubi intellexit Joannem XXIII. Pontificem è custodia lapsum aufugisse, veritus, ne rursum aliud concilium inchoaretur, decretum fecit, ut à fine concilii Constantiensis non nisi ad quinquennium usque concilium denuò celebraretur: atque à quin- F quennali in septennium aliud transferretur: ab hoc verò in decennium res protracta, legis haberet locum, ut singulis quibusque decenniis generale concilium idoneo haberetur in loco, ubi de rebus omnibus ad fidem, & rempublicam Christianam pertinentibus mentio fieret. Profuit id tanè Martino. Nam dum elapso quinquennio Senis concilium celebrat, Alfonsus Aragonum rex Martino infensus, qui titulum regni Siciliæ, & Neapolis Aloisio regis Francorum Ludovici filio cõcessisset, oratorem ad concilium misit, qui & concilium in longum duceret, & causam Petri Lunę adhuc superstitis restitueret, largitione, pollicitationibus ambiendo unumquemque ex his, qui in concilio auctoritatem haberent. Martinus mandavit concilium statim dissolvi, approbatis decretis in concilio habitis, quæ ad fidem pertinebant. Et ne subterfugere conventum Christianorum videretur, in sequens septennium concilio adjudicavit, quod Basileæ Rauracorum celebraretur. Atque hoc modo schismatis, & discordiarum semina à quibusdam concilio Senensi jacta fublata sunt. *Platina.* G

Ludovicus Hungariæ, & Boemiæ rex, posteaquam Pragam venit, ut seditiones & turbas omnes tolleret, suasu Ladislai Vaciensis Episcopi, qui in manu regis, cùm primum regnum aufpicaretur, omnia sita esse judicia, tabulasque publicas, & quosvis summos magistratus docebat, ideòque occasionem egregiam adesse, quos oporteret ex dignitate, & utilitate regni tam judices quàm magistratus deligendi, creandique cùm anteà per gratiam, aut factiones privato cujusque compendio crearentur: omnes magistratus mutavit, ne cum pudore, & verecundia pauci reiicerentur. Ac quò cum minore invidia summa arcis Pragensis præfectura ad alium transferretur, nulla ad illam procerum, sed Carolus dux Minsterbergensis, natione Boemus, delectus est, novo Capitanei nomine. *Dubran. lib. 33.*

Ad famam expugnatæ à Caroli V. Cæsaris exercitu Romæ, captique Pontificis Clementis VII. ex Medica familia, Florentini in spem libertatis erecti Mediceos patria expulerunt: popularique reducto statu, optimatum auctoritatem infringere conabantur: ac tanta fuit juvenum væsania, ut à Balthasare Carduccio I. C. concitati, concessionem armorum gestandorum, & custodiendæ curiæ munus à senatu es- H flagitarint. Sed callidis seniorum, & optimatum artibus frænandæ juventuti salutare remedium repertum est, Nicolao Caponio vexillifero auctore scilicet, ut in universum civitati capiendorum armorum jura lege lata traderentur. Pari quoque prudentia Decuriones iisdem juvenibus vexillum Reipub. deposcentibus, cùm negare tutò non possent, moderata, atque severa conditione concesserunt, lata scilicet salutari lege, qua cautum est, ut id datum vexillum intra curiam ad columnam porticus defixum sisteretur, capitaleque esset his, qui injussu summi magistratus revulsissent, & extra limen curiæ extulissent. Eo temperamento magistratus insolentem turbam opportunè pacasse, & publicæ saluti cavisse visus est. *Jovius lib. 25. Hist.*

Spectabat Cæsar Carolus V. in Hispania equestres ludos. Mendocius Infantasiorum regulus præfectum rerum capitalium, sceptro turbam superbè dimoventem, quòd nec sibi parceret, discissa gladio facie violavit. Is conspectus cruor projecti ad pedes, ac injuriam deplorantis, usque adeò Cæsarem